185, 9. Marklandum recte reprehendit Reiskius, ipse ab eo deceptus in illis quæ dicit de novem talentis, quæ aut vera sunt aut falsa; certe nil ad Lysiam. Prima ταῦτα in ἄθῦτα mutat Marklandus, eodem manente sensu; etiamsi vertendum esset, ut contendit, ἄθῦτα, quæ non erant faciendæ: quum debuisset, non facta, ut p. 175, 34. Deinde ἐστὶ ἄ. τριῶν ταλ. etc. verte, pars sacrorum, quæ constitisset tribus talentis, non facta est. (ἄετος ὀβολοῦ est vel nostrum a penny loaf, vel a pennyworth of bread. Ar. Eq. ὀβολοῦ κοριάννοις. Lys. p. 903. Reisk. ὀκάδα δυοῖν ταλάντων, a cargo worth two talents. Epictetæ testamentum in Mus. Veron. p. 24. v. 181. 187. τυροῦ—στατηῆος, a stater's worth of cheese.) Eo magis mirere Marklandi errorem, quod mox ἐξ ταλάντοις, in quo consistit loci difficultas, si qui tamen est difficultas, optime defenderit, by six talents. Nil dicit Lysias, de ipsa summa, sed loquitur de differentia tantum. Hoc dicit: infecta fuit pars veterum sacrorum, ad tria talenta; erogata sunt et consumpta sex talenta, in novis sacris. Si, peractis veteribus, a novis abstinuissemus, τρία ἂν περιεγίνετο. Nos, we should have been three talents in pocket. En satis verborum ad probandum 6=3 +3.

[181] 185, 13. Malim, καὶ ταῦτας ὁ ἔεσ.—ὡς εἰς εὐσέβειαν.—

185, 20. Malim, ἢ βουλή ἢ ἀεὶ βουλευέουσα. Vide ad Demosth.

185, 25—32. Hiulca oratio. Eadem fere c. Epicrat. p. 178, 11—23. unde huc illata suspicor. Abrupta nimis mentio κλοπῆς, quæ proprie nihil ad Nicomachum; aptissime contra coherent, εἰς ἀπογίας καθίστασι, v. 25. et ἠδίκημεν etc. v. 33. Deinde κλοπῆ inducitur, ut novum argumentum, v. 25. Ceterum cum 185, 25. προσέχουσι τ. νῦν confer p. 186, 28.

185, 28. τὴν natum puto ex ἐσχάτων.

186, 7. Marklandi, αὐτοῦς—πιστεύετε, Hellenisticum esse suspicor. Malim, αὐτοί.

186, 8. ὁ δὲ πάντων δεινότητων [ἔτι] E ms. ἔτι addit Bekk. Sed tum vereor ne leg. τὸ δὲ, ut p. 178, 41. Vide hic ad 183, 43. c. Diogit. p. 907. R. ὁ δὲ π. δ. ἔτος; γὰρ—

186, 12. ὑπὲρ τοῦ δήμου κρῖνεσθαι. Friget κρῖνεσθαι. Sensus forsitan, ut piaculum (κάθαρμα) in malam rem atlegari. Verbum non reperio. An excidit ξενίας?

186, 15. Malim, περὶ μὲν τούτου. de ipso reo. Eadem menda p. 182, 11 et 168, 24.

186, 20. δεῖσθαι [ὡς χρῆ]. παύσασθαι. Suspect. Ceterum confer c. Alcib. I. p.

141, 25. unde firmatur lectio Bekkeriana ζητούσιν. Confer et c. Philon. p. 190, 1. An leg. πείσαι ὡς χρεῖ, ut ante ζητούσι rursus subaudiatur πείσαι? Sententia: Patroni a reo non impetrarunt, ut legibus obediret; ne vos exorent ne puniatis.

186, 22. ὡς περὶ ἂν—ὄρατε. whatever exertions you see them make. Sed malim abesse ἂν. quomodo nunc videtis.

186, 22. Confer Alcib. I. p. 141, 23.

186, 23. ὅτι [οὔτε Νικίμαχος οὔτε] τῶν αἰτισσ.

186, 28. Accusatores non exorarunt patroni; ne vos, iudices, exorent. Eadem supra c. Epicrat. p. 179, 3. et c. Philon. p. 189, 43.

In fine. Malim, τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντα. Hic p. 94.

XXXI. ΚΑΤΑ ΦΙΛΩΝΟΣ ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΣ.

[183] 187, 5. Male τοῦ λόγου Marklandus. if in my speech I should fall short of the charge.

187, 7. An, sine πάντων, leg. et disting. ἐνδεῶς μὲν γὰρ, δι' ἀπειρίαν, τῶν τούτου πεπρ. ut constructio sit, εἰρηκῶς ἂν εἶην ἐνδεῶς μὲν τῶν etc. Imo debebam, διὰ τὴν ἐμὴν ἀπειρίαν. Sed suspectam habeo vocem ἀπειρίαν. An possit significare immensitas (quod est apud H. St. sine auctore) nescio; sed dixisset orator potius μέγεθος vel ὑπερβολήν. Aliquando suspicabar legendum, ἐνδεῶς μὲν, διὰ τὴν ἐμὴν τῶν συνήτων παρασημάστων. Quae verba fere occurrunt alicubi in Lysia.

[185] 187, 13. ἐπιθ. τούτου, scil. τοῦ εἶναι πολίτας. Ineptissime Marklandus τοῦ ἴσου.

187, 31. εἰμί τινος. Isocr. jungit plus semel.

187, 33. Malim, ἢ συγκατεθεῖν ἐργασάμενός; (vel — σέμενός;) τι τῶν κοινῆ τῆ πόλει συμφ. ut p. 190, 2. vel τῆ π. κ.

187, 35. καὶ γὰρ — Imo καίτοι, ut Bekkerus, vel saltem καὶ μὲν.—

187, 42. δυναμένους μὴ ἀδικεῖν. Om. μὴ ms. Nescio an recte Schottus, totum μὴ ἀδικεῖν delens.

188, 7. In re desperata, tento: συγκατεθεῖν [ἀλλὰ ζέον ἐποίησεν αὐτὸν,] (vide p. 187, 29. 30.) καὶ ταῦτα φύσει ἀστὺς γενόμενος. (Vir maximus apud Taylorum, qui cliam sine ms. ἀστὺς detexit, videtur esse Bentleius.) Sed ut verum fatear, expectare potius ὦν, quam γενόμενος: omnino vide c. Alcib. I. p. 143, 20.

188, 25. ὀλίγα μὲν τῶν ἐπιτηδείων ἔχοντες, ἀναγκαῖα δέ,—Si sensus est, *paucam quidem, sed quod esset satis, addendus videtur articulus, ἀναγκαῖα δέ.* Sed vel sic ultima supervacanea. An, ἀνεχόμενοι δέ.—

188, 28. [αἰτῶν] δι' αἰτῶ — Vel αἰτῶ

cum Reisk.

[187] 188, 42. ἂν ποιήσαντα. Lege ἂν ποιήσαντα, vel dele ἂν.

188, 43. Μῶτερ α liberis μὴ ὄφελουμένη μεγάλα ἔχριν ἠγεῖσθαι. Saltem μηδὲν, alias sensus erit aut nullus aut oratoris menti contrarius. Sed malim, μικρὰ ὄφ. nisi mavis μικρὰ ἢ μηδὲν ὄφ. Deinde dele ἔχριν.

189, 12. An servandum σωκράτης, mutata distinctione: κίνδυνος καὶ, τοὺς χρευστοῦς ἂν αἰσθάνωνται (οἱ πολλοὶται scil.)

189, 19. Pro ἀπειρίας conjiciebam τιμωρίας. Sed nescio an aliquid desit, ut hæc non ad Philonem, sed ad civitatem spectent. Vide mox p. 189, 43.

189, 27. σφῆδρα γ' ἂν. An l. ἢ σφῆδρα γ' ἂν? Cave autem interrogas post ἐτέθη.

189, 32. Non puto mutandum mss. lectionem κολάσετε. Imo necessario, si vera est obs. Porsoni Opusc. p. 33.

189, 33. ἐδείχθη ἀμφ. ταῦτα. Intelligerem εὐρίθη, ἐπράχθη, ἐνομίσθη, etc. Alienum δέδεικται, de quo mss. ad Dem. Ind. Deinde malim κακοῖς δέ—Ceterum notandum παρασκευῆς, bono sensu. Vide p. 187, 4.

189, 40. καὶ οὕτω συντιμηθῆναι. An, ἢ καὶ ἐπωσῶν τιμηθῆναι? to be rewarded before them, or indeed be rewarded at all.

189, 45. τὰ ἄλλα αὐτῆ ἢ πολιτεία ἐκεῖτο. Lege, πόλις. Hic p. 94.

190, 3. Lego et distingo, — μένων, μόνος δέ, ᾧ β. ut ἤς non minus ad τυχεῖν quam ad τυχεῖν referatur. Etiam ad ἀπεστέρησεν repetendum τῆς β. Sana omnia, legas modo διαμαρχόμενος cum Markl.

[189] In fine. κοινὰ παραδείγματα. Tentabam, ἰκανῶς, vide fragm. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ init. Sed nunc vix dubium, quin mendosum sit παραδείγματα. Sensus videtur, commune malum.

XXXII. ΚΑΤΑ ΔΙΟΓΕΙΤΟΝΟΣ.

Oratio habita post finem belli Peloponnesiaci, vide p. 896-7.

p. 893, ult. ed. Reisk. φέουεν [αἰσχράς] ἄουρ (δίκαι αἰσχρὰ pro Mantib. p. 146, 3B. Ἄπειλ. Δαρ. p. 163, 15.), vel potius specialis vox dvest, puta ἰξούλης. Vulgatam defendit Isocrates Trapez. 69.

898, 8. ἀθλίως ἐκπεπτωκότες. Hic supplendum, vel etiam addendum, τῶν ἔργων. Sed vel sic vix placet rerum ordo. An transp. οἰκτρῶς — ἐκπεπτωκότες post μητέρα? An potius corrupta vox ἐκπ.

901, 4. τὸν εἶον καταλιπεῖν. Ambiguum. Verba sonant potius, rem, vel opes, quam

vitam. Malim igitur λιπιῶν.

905, 3. ὅσοι τρέφεις correxi ad Plut. 1013.

905, 9. Forsan, οὐκ ἀναλώσας πέντε καὶ δέκα μνᾶς, ἐκ π. δ. τὸ μὲν ἡμισυ αὐτῶ τίθησι, τὸ δὲ τούτοις λελόγισται, partim cum Reiskio. Pro πέντε καὶ δέκα (vel quicumque fuit numerus) facile supponi potuit πέντε καὶ εἴκοσι, ex prava correctione, cum jam mutilus esset locus. Possis etiam, οὐκ ἀναλώσας πλείον ἢ εἴκοσι μνᾶς, ἐκ π. δ. ὧν τίθησι, τὸ ἡμισυ τούτοις λελόγισται.

[191] 906, fin. Malim, μισθῶσαι — ἀπηλλαγμένον — πριάμενον. Nominativus non defendi potest e p. 173, 8. (si ibi disting. παρέλιπον, ἀδικούντες ἡμεῖς) neque

e Porsono ad Orest. . Sed vide an sit anacoluthon, ut procedat constructio, quasi fuisset ἐδύνατο pro ἐξῆν αὐτῶ. Supra c. Philon. p. 188, 14. εἰσενεγκεῖν et ὀπλίσαι defendi possunt, quasi praeceperisset καταστῆναι. Imo sana videtur vulgata, i. e. ἀπηλλαγμένοις et πριάμενοις, ut constructio transeat, quasi fuisset, ἐξῆν αὐτῶ ποιεῖν κατὰ τοὺς νόμους, οἳ κεῖνται τοῖς ἐπιτρόποις, μισθῶσαι — ἀπηλλαγμένοις —.

908, 1. Malim, τὸ ἡμισυ τούτοις ὄσφρανοῖς οὔσι.

908, 12. Optime Bekkerus, ἔφη μὲν — ῥαδίως δ' —. Nos, he has nothing to do but to score up the outgoings to them, and pocket the returns himself.

XXXIII. ΟΛΥΜΠΙΑΚΟΣ.

[193] Habita Olymp. 98, 1. Vide Diodor. apud Taylor.

P. 912, 3. Viri docti, γενήσεσθαι, vel ἂν γενέσθαι. Possis et γίγνεσθαι.

913, pen. φιλονεκίην μὲν ἔστιν εἰς πραττόντων, γνᾶναι δὲ τὰ βέλτιστα, τῶν αὐτῶν. An, τῶν τἀναντία? Nempe πραττόντων. Similis sententia, Isocr. Areopag. §. 3.

914, init. Debebat, ἢ μὲν ἀρχῆ — τὰ δὲ τῶν Ἐ. — τῶν δὲ χρημάτων —.

914, 13. καιμῆν τὴν Ἑλλάδα — Malim, καινομένην.

914, 16. ἀπέβητοι Lacones. Docta Marklandi nota: adde Antiphaneum Athenæi XV. p. 681. C. Ceterum ineptit R. κεκτήσεσθαι corrigens. Nos, that the liberty they have acquired will be eternal.

916, antep. ἕβριν κωλύσαι. Malim κολάσαι.

XXXIV. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ.

[195] Pacis tempore.

917, 6. διὸ δὲ. Nil ineptius. Lege, πρῶτερον δις ἦδη καὶ τούτων μὲν — δις ἡμᾶς κατεδουλώσατο Theramenes, p. 127, 23. ὀλιγαρχία δις κατέστη, Δημ. κατ. Ἄπ. p. 174, 13. Isocr. Antidos. 342. de Pace 64. 149. Lochit. 14. Sic καὶ, 103, 6. 110, 20. 156, 19. 172, 35. 174, 33.

918, 1. Frustra mutat Reisk. Vide p. 174, 37.

918, 5. οὔτε ἠλικίᾳ. Recte opinor Marklandus, οὔτε πλούτῳ. Alterum sumpsisse videtur Stephanus e p. 149, 40.

918, 5. An, ἐμποιήσωμεν?

921, ult. Deesse aliquid viderunt omnes. An, εἴτα τοὺς τῶν ἡμῶν ὑπαρχόντων ἀντεχομένους ἐρωτᾷσι. Per τὰ ἢ ὑπάρχοντα intelligo τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν. Ceterum confer Isocr. Archid. 67.

922, 7. Lego, ἐὰν μὲν πείθω, — Μαντ. τὴν αὐτῶν οἰκούντας — sine ceteris quæ e seqq. fluxerunt. Deinde ἴσασι γὰρ ἐκεῖνοι, ὅτι — Recte expl. Reisk.

923, 6. Lege, τοσοῦτῳ ἦττον ἐπιθυμ. cum Reisk.

Frag. κγ'. v. 9. Dele syllabam male geminam, et lege, δίκαιος δ' εἴ μὴδὲν π.

Decemb. 28. 1822.

Iterum legendi finem feci Jan. 22. 1823.

TABULA

eorum quæ continentur

in

TomO Secundo.

Taylori Præfatio ad Editionem Londinensem	1
Marklandi Præfatio Conjecturis ipsius ad Lysiam præmissa	21
Reiskii Præfatio	23
Lysiae Vita a Tayloro conscripta	32
Λυσίου Βίος ἐκ τῶν Διονυσίου Ἀλικαρνασσέως	61
Λυσίου Βίος κατὰ Πλούταρχον	84
Λυσίου Βίος, ex Photio	86
Λυσίου Βίος, ex Suida	89
Λυσίου Βίος, ex Lexico inedito Eudociae	89
Testimonia Veterum de Lysia	90
Taylori Lectiones Lysiacæ	94

A. Λυσίου ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου	161
B. Λυσίου Ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίαν βοηθοῖς	184
Γ. Λυσίου πρὸς Σίμωνα	223
Δ. Λυσίου περὶ Τραύματος ἐκ Προνοίας	239
E. Λυσίου ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας	249
ς. Λυσίου κατ' Ἄνδοκίδου ἀσεβείας	256
Z. Λυσίου Ἀρεοπαγιτικός ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ	291
H. Λυσίου πρὸς τοὺς Συνουσιαστὰς κακολογιῶν	309
Θ. Λυσίου ὑπὲρ τοῦ Στρατιώτου	320
I. Λυσίου κατὰ Θεομνήστου A.	331
IA. Λυσίου κατὰ Θεομνήστου B.	347
IB. Λυσίου κατὰ Ἐρατοσθένους	351
ΙΓ. Λυσίου κατὰ Ἀγοράτου	385
ΙΔ. Λυσίου κατὰ Ἀλκιβιάδου A.	423
ΙΕ. Λυσίου κατὰ Ἀλκιβιάδου B.	442

ΙϚ. Λυσίου ὑπὲρ Μαντιθέου	450
ΙΖ. Λυσίου περὶ δημοσίων χρημάτων	459
ΙΗ. Λυσίου ὑπὲρ τῶν τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ	465
ΙΘ. Λυσίου ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων	474
Κ. Λυσίου ὑπὲρ Πολυστράτου	499
ΚΑ. Λυσίου δωροδοκίας Ἀπολογία	515
ΚΒ. Λυσίου κατὰ τῶν Σιτοπωλῶν	523
ΚΓ. Λυσίου κατὰ Παγκλέωνος	531
ΚΔ. Λυσίου ὑπὲρ τοῦ Ἀδυνάτου	537
ΚΕ. Λυσίου δήμου καταλύσεως Ἀπολογία	547
ΚϚ. Λυσίου κατὰ Εὐάνδρου	560
ΚΖ. Λυσίου κατὰ Ἐπικράτους	570
ΚΗ. Λυσίου κατὰ Ἐργοκλέους	576
ΚΘ. Λυσίου κατὰ Φιλακράτους	582
Λ. Λυσίου κατὰ Νικομάχου	586
ΛΑ. Λυσίου κατὰ Φίλωνος	603
ΛΒ. Λυσίου κατὰ Διογεΐτονος	616
ΛΓ. Λυσίου Ὀλυμπιακός	627
ΛΔ. Λυσίου περὶ τῆς Πολιτείας	631
Λυσίου Ἀποσπάσματα	637
Λυσίου Ἐπιστολῶν Ἀποσπάσματα	665
Λυσίου Ἀποσπασμάτια ἀδηλα	666
Addenda Fragmentis	671
Variante Lektionen ad Lysiae Orationes	673
Index Græcitatæ Lysiacæ	701
Index Regiminum a Taylora conscriptus	702
Index Historicus	768
Index Geographicus	771
Index Auctorum, qui in hac Lysiae Editione emendantur	772
Index locorum Novi Fœderis quæ a Marklando illustrantur	774
Consensus paginarum Editionis Reiskianæ Lysiae cum paginis et versibus Editionis Tayloranæ primæ seu Londinensis	775

PRÆFATIO TAYLORI

AD

EDITIONEM LONDINENSEM.

TANDEM nova hæc Lysiæ Editio, benevole Lector, serius fortasse quam oportuit, serius certe quam aut destinavi aut prævidere potui, in manus tuas et iudicium publicum venit. Nam sive fuit mea in operis Typographicis novitas et insolentia; sive itineris spatium, quod Chartæ singulæ ultro citroque confecerunt, atque adeo nonnullæ odiosæ difficultates, quæ hominem minus gratiosum in literaria ista consuetudine accomitari solent; sive denique varia et graviora negotia Reipublicæ nostræ Academicæ, quæ, interea dum prelum exercebatur, meam qualemcunque operam ad suas res obeundas publice excitavit, et quæ omnia vitæ meæ officia merito suo maximo vindicare potest; quicquid id demum fuit, per sexennium et amplius productum est opus, quod infra angustiores limites conclusisse forsitan potuerunt aut fortunatiores, aut certe minus exercitati.

Moram in edendo, qualis fuerit, accepisti. Utrum ea sit necne ut ab omni desidiæ turpitudine liberari possim: id, una cum libri, quem hodie versare occæpisti, fortuna, meaque adeo existimatione, quam in eo sitam esse video, tibi, benevole lector, tuæque sententiæ committo. Ea tamen lege committo, ut, si habeas, ubi ingenii solertiam, divinandi felicitatem, atque in literis exercitationem desideres, nolis interea temeritatem exprobrare, quod in alienissimo Reipublicæ literariæ tempore, infructuosissima omnium studia atque artes plane deciduas excoluerim; quod juxta Poetam,

‘ Laborem provocando, perdomando tædium
Forsitan nec lecta multis e latebris scalpserim.’

Esto sane: sed dum quisque suos patitur Manes, quidni ego non paterer nostros? Cur hereditatem, quæ mihi obvenit, damnosam licet, non cernerem? Nam cum diu est, quod ad vetustos scriptores emaculandos, si minus natura, usu tamen aliquo et studio deferebar, eos maxime, quos scirem et juris antiqui consultissimos, et parentes civilis scientiæ, mihi commendavit Majorum nostrorum auctoritas: qui, in Domo nostra bonarum artium fœcundissima, antiquam Jurisprudentiam incultam esse noluerunt, quorumque

meritis ad me quoque pertinet istius disciplinæ professio. Ita hodie, cum ex nostro ingenio, tum ex aliorum institutis, ad ea studia detrudi me et quasi compingi video, quæ (siqua est in literis prærogativa displicendi, neque certatim frigescent) et serio displicent et frigescent maxime. Miseram sane conditionem vel tuendi vel ornandi Rempublicam literariam! quæ si me fortasse minus deterreat, subagrestem, meis moribus viventem, et durum ad magnorum pollicitationes, nonnullam tamen ægritudinem affert, posse publice hebescere aciem literarum, et præstantissimorum hominum studium tardari, cum ex his literis ne minimus ille capiatur fructus laudis et existimationis, quem semper summum, hodie fere solum eruditi exspectare potuerint.

Quæ cum sit publica fortuna artis nostræ, atque interea domi habeat, quod impendio esse possit (est enim literarum varietate pene infinita et severitate inclementior, cum ceteræ fere omnes in ambitu suo arcissime contineantur, neque ad alienos fines facile excurrant), mirari mecum soleo, unde optima, quæque ingenia ad hæc studia accendi maxime soleant, et in communi bonarum artium naufragio serius restinguantur. Nescio enim, annon ex omni antiquitate summos homines vel abundantia doctrinæ vel ingenii felicitate Disciplina nostra extulerit. Cum et in hoc ipso literarum flexu Academia nostra, ut in omni, ita in hac præcipue eruditionis parte maximos viros et omni præconio dignos informare et excolere non destitit; Bentleium utrumque, Haræum, Mangeium, Thirlbæum, Wasæum, Pearceum, Walkerum, Marklandum, Jortinum, aliosque, quorum publice conticentur nomina, merita maxima non ignorantur.

Verum ex nostratibus nemo fere, aut hoc, aut superioribus sæculis in Jurisprudentia Attica atque Oratoribus Græcis operam suam locabat; in quibus tamen, si eruditionem spectes, maximo cum fructu locari poterat. “Ex horum Oratorum scriptis non antiqui tantum Jurisconsulti Romani profecerunt plurimum, sed post instauratas literas Budæus præsertim et alii suos fundos irrigarunt. Hodie pene ipsa nomina ignorantur. Tantum invisam quondam Barbaries amatur.”* Imo eousque ignorabantur, ut, cum ad Lysiam recudendum accessi, statim sensi, non pauciores fere ad Editionem promovendam excitasse meæ sedulitatis et constantiæ existimationem, quam aut Tanti nominis celebritatem, aut cum hominis fama et scriptis consuetudinem.

Unde tanta Incuria occupavit hanc literarum partem, quæ tam insignem utilitatem secum affert, inter plurimas hanc aliquam rationem esse arbitror: scilicet, quod harum Orationum, quæ circumferuntur, Exemplaria, neque ea tamen facile obvia, La-

* Bræcler. de Scriptoribus Græcis et Latinis.

tina interpretatione fere destituantur. Quæ est sane et altera conditio Græcarum literarum non minus dolenda, quod, cum nude prodierint, vix unum aut alterum inveniunt emptorem: cum vicissim nihil quidpiam fere magis ad earum interitum contulerit, quam popularis illa et puerilis versiones Latinas attexendi consuetudo. Ita ex illa parte ignorantur, ex utraque negliguntur. Sed de his fortasse satis: aliquid tamen in hoc limine operis præfandum fuisse duxi, cum de horum studiorum infortuniis, tum nonnihil etiam de mea intempestiva opera in iis excolendis. Superest, ut de Auctoris nostri orationibus aliquid addam: quali scilicet fortuna in utraque ætate usæ sint, tum in ea, quæ extinctas literas præiverit, tum in hac altera, quæ Typographiæ ope novam librorum edendorum rationem introduxit; denique quantum ego præstiti in hac editione adornanda, et quibus subsidiis adjutus id operis in me suscepi.

In Scriptoribus recensendis eo melior fuit antiquorum Criticorum fortuna, quod sæpenumero vetustissima exemplaria nacti sint, et quæ ætate præcederent infinitam istam varietatem lectionis, quam ex describentium vel dolo malo, vel incuria subinde oriri necesse fuit. Eorum usum expediebat, quod nondum optimi et autographi Codd. Barbararum gentium furorem experti sint, neque jam reperto et introducto artis Typographicæ usu incuriosius observari cœperint atque in manibus hominum paulatim esse desiderint. Memorat Athenæus (si bene memini, neque enim ab Athenæi lectione recens sum) Sophoclis Codicem ab ipso auctore scriptum: Pausanias in Bœoticis se vidisse affirmat Hesiodi poema ab accolis montis Heliconis sibi commonstratum antiquissimis plumbeis laminis, proculdubio auctoritate publica in honorem tanti civis (si civis fuit) exaratum. Scriptores emaculare eisque ex apposito chirographo auctoritatem conciliare, eorum erat, qui vel primævas membranas vel eis proximas usurparunt. Ita Aristotelem Tyrannio emendavit (dubium tamen an primus), qui cum Lucullo vixit, ab Aristotelis ætate non longe dissitus.* Antiquissimus proculdubio fuit Mnemo Pamphylus, quem *ἡγορωτήν* Hippocratis nominat Galenus, quippe de cujus notis criticis ad Hippocratem postea scripserunt Medici, qui videntur a Plinio laudari. In Romanorum scriptis quanquam ob ludorum celebritatem et ex cultam magis disciplinam Exemplaria et latius propagari et frequentius describi cœperint, attamen intra eam ætatem serio recensita fuisse acceperimus, quæ summa auctoritate destitui non poterant. Ita Tacitum et Apuleii nonnulla recognovit Crispus quidam Sallustius anno Æræ vulgaris 395, qui erat ab excessu utriusque Scriptoris infra trecentimum. Vegetium (ut est in MS. Puteano)

* Strab. l. 13. p. 609. Plutarch. in Lucullo et Sylla. Ammon. in vit. Aristot. Athen. l. 1. Heysch. Illustr.

Eutropius, quisquis demum fuerit, certe Vegetio ipso non multum recentior. Priscianum Flaccus Theodorus Dionysii V. D. Memorialis Sacri Scrinii Epistolarum et Adjutor M. Quæstoris Sacri Palatii in urbe Roma Cpolitana Olibrio viro Clarissimo Cos. Olibrius Cos. erat sine Collega, ut ex Fastis discimus A. C. 526. quo tempore floruit Priscianus ipse. Quin et Theodorus se Prisciani auditorem fuisse profitetur. Non maximo intervallo Virgilius Censorem nactus est Turcium Rufium Apronianum Asterium, prout ex ejusdem manu apparet in vetustissimo Cod. Virgillii, quem servat Bibliotheca Medicea ad D. Laurentium.

TVRCIVS. RVFIVS. APRONIANVS. ASTERIVS. V. C. ET. INL. EX.
COMIT. DOMEST. PROTECT. EX. COM. PRIV. LARGIT.
EX. PRAEF. VRBI. PATRICIVS. ET. CONSVL. ORDIN. LEGI. ET. DIS-
TINXIT. CODICEM. FRATRIS. MACHARII. V. C.
NON. MEL. FIDVCIAM. SED. EIVS.

et quæ sequuntur, legenda in Gorii Inscriptionibus antiquis in Etruria exstantibus p. 452. De Asterii (qui Consul erat A. C. 494.) genere et ætate, itemque Virgiliani Cœdicis emendatione videndus est Eminentissimus Card. Norisius, Cenotaph. Pisan. Dissert. 4. Atque hæc sunt omnia fidei sinceræ et quæ laborare nequeat, quum quibusdam MSS. eorum censura et auctoritas publica, sive autographa, sive ad fidem alterius exemplaris descripta, ad finem adhæsit, atque ad nostra tempora devenit.* Illustriora multo et ad propositum meum disertiora, quæ ab Antiquis memorantur de Plauto a Varrone recensito, unde Plauti fabulæ Varronianæ, quas sc. ille admisit: † de opera, quam juxta Eusebium in Chronicis, impendit Cicero scriptis Lucretii, de Cicerone ab Asconio Neronis Imp. ætate emendato, Ennio a Lampadione, ‡ et Virgilio demum vel ipsius Augusti temporibus a Vario, Tucca, et Hygino.

Porro huic felicitati accessit non minor, ea scilicet, quæ Antiquioribus Criticis Auctores integros, adeoque a se ipse feliciter expoliendos recognoscendosque obtulit. Magnum id erat ingenii adminiculum, Scriptorem ex ore ipsius fingere et colores ducere, quos ipse representaverat. Nos vicissim hariolationibus ex æqualium Scriptorum usu ductis, ex Dialecti, in qua scripsit, genio atque indole, ex Scholæ denique aut Disciplinæ auctoritate, ætatem conterimus. Fortasse etiam aliquando cum larvis luctamur, et So-

* Clitographo suo recensiones a se factas attestabantur vel muniebant Critici veteres. Ἐπι τῶν κῶν τοῖς βιβλίοις, ἃ διαγράψατο τῶν τε, ἰσχυρατάλιεπται σύμφωνα. ἐπὶ γὰρ τῷ Ἀλεξάνδρῳ παράγραμμά ἐν ἡ παρὰ τὴν Αὐτίδ. in Oratione funebri Alexandri Cotiæensis.

† Gell. III. 3.

‡ Ut non turbidæ fidei nec ambigæ,

sed ut puræ liquentisque esset, equisve an eques Ennius scriptum reliquisset, librum summe atque reverendæ vetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxit, et eques, non equus scriptum in eo versu invenit. Gell. XVIII. 5.

phistarum umbratiles μελέτας, sequioris ævi vel exercitationes vel oblectamenta, magno cum molimine refingimus. Non diffidendum est multa genuinæ Antiquitatis monumenta ideo ætatem non tulisse, quod Censoriam obeli notam sustinere nequiverant. Circumferebantur olim Orationes Lysiæ 400 et quod excurrit juxta Plutarchum et Photium: plurimæ sane ex mente gravissimorum Scriptorum.* Jamdudum autem est, quod conquerebatur Photius Paulum Mysium multas et præclarissimas sua Crisi exstinxisse. † Homerica omnia atque ea, quæ pro Homericis ostentabant variæ antiquorum ἐκδόσεις, penitus fere interierunt, exceptis iis, quæ posteritati consecravit ea sola Editio, quæ ceteras omnes vivendo vicit, cujuscunque demum sit, Zenodoti certe non est, cujus Editio Homerica ab Antiquis commendabatur maxime, quandoquidem plures versus, quos ille obelo notavit, hodie in vulgata habemus: non Aristarchi, qui Ulixeam terminavit libri penultimi v. 296. hisce verbis

Ἀσπασίῳ λέκτροιο παλαιοῦ θεσµὸν ἴκοντο.

Quod ideo libentius commemoro, quia nonnulli non intellecto hoc more Majorum, quæcunque ex Homero ab antiquioribus scriptoribus allegata reperiant, qui aliis atque aliis recensioneibus utebantur, ea ad præsens Homericæ poematis systema temere agglutinant. Inconsultius quidem hoc, et nullo cum acumine admissum. Cum hoc non esset Homerum, sed centonem exhibere ex diversis Homeri recensioneibus consarcinatum. Verum singulare aliquid semper habuit Homeri fortuna. Nemo fere ex antiquioribus paulo doctior, qui ad illius recognitionem non accessit; nemo vicissim ex Neotericis, quem vere Criticum dicere possis. Sive id plurimorum præstantium virorum desperatione factum sit, sive (quod fortunet Literarum siquis sit Genius!) reservata fuerit ea famæ et æternitatis conditio summo isti viro, qui incredibili literarum lumine præsens sæculum ornavit, et immortalibus beneficiis futura omnia demerebitur.

Ut ad Lysiam revertar, quis ille Paulus ἐκ Μυσίας, quali lingua, qua conditione et ætate usus est, albus an ater, frugi an nequam, id juxta scio cum inscientibus maxime. Photio certe ætate prior, qui solus, quod sciam, ex antiquis hominem memorat, si Suidam excipias atque præterea Eudociam Imperatricem, quæ ex eodem fonte, unde Suidas, hortos suos irrigavit. Eorum verba sunt: Παῦλος Γερµῖνος σοφιστῆς, ὁ γράψας, ὅτι γε Λυσίου ἐστὶ τὰ περὶ τῆς

* πλείστους δὲ γράψας λόγους. Dionys. Halicarn. de Lysia. Catonis orationes non minus multæ fere sunt quam Attici Lysiæ, cujus arbitrator plurimas esse. Cic. in Bruto. Multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ. Id. 2. de Orat.

ἀπερρίψαµενος πολλὰς καὶ μεγάλας τοὺς ἀνθρώπους ὠφελείας ἀπεστέρησεν οὐχ εἰρισκοµένων ἔτι τῶν ὑπὸ διαβολὴν πεσόντων. ἀπαξ γὰρ ἀποκριθέντες παρεωράθησαν, ἐπικρατεστέρως τῆς διαβολῆς, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν, ἢ τῆς ἀληθείας γενηνηµένης. Phot. Biblioth. Cod. CCLXI.

† Πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄλλους εἰς νόθους

Ἰσοκράτους ἑωρεῖς βιβλία β. ὑπομνήματα εἰς τοὺς λοιποὺς λόγους τοῦ Λυσίου.

Paulum, credo, ætate antevivere uterque et Dionysius Halic. sc. et Cæcilius, qui ex orationibus Lysię 425. germanas esse volunt, non nisi 230 juxta Plutarchum: aut cum Photio 233. Dionysio multum debet Lysias: gravissimo omnis memorię in rebus præsertim criticis auctori, ut erat ingenio acerrimus et multiplici lectione instructissimus. Præter eam, quæ superest de Lysia Crisin (quod opus emaculatus longe, ut spero, quam in vulgatis representari solebat, huic Editioni præponi curavimus), commentarium* scripsit de dignoscendis Lysię orationibus germanis et adulterinis, hodie magno rei literarię detrimento non exstantem.

Dionysius† ætate et studiis æmulum habuit Cæcilium Rhetorem, natione Siculum, patria Calactinum.‡ Scripsit ille σύγκρισιν Demosthenis et Ciceronis: Demosthenis item et Æschinis: Dictionarium ex ordine literarum: De Demosthenis orationibus germanis et spuriiis: de characteribus X Oratorum: singulare commentarium de Antiphonte, atque alia permulta, de quibus Suidas consulendus erit. Laudantur a Longino §. 32. juxta finem ejus in Lysiam commentarii. ὁ Καικίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάρρησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, ἐνσὶ πάθει χρησάμενος ἀκρίτοις. φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὐτὸν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα, ἢ Λυσίαν φιλεῖ. Hic est Cæcilius, qui orationem Deliacam Æschini adjudicat, Antiphontis orationes genuinas solummodo 35 admittit, Isocratis 28, in horum Oratorum lectione et Crisi versatissimus.

De Oratoribus Atticis librum adornavit Lysimachides Cæciliano libro oppositum, ut constat ex Ammonio in v. Θεωρὸς, de quo me plura nescire confiteor.

Curiam Atticam illustravit Hero Atheniensis, incertę ætatis: de quo Suidas. Ἦρων. Κότυος, Ἀθηναῖος ῥήτωρ τὰς ἐν Ἀθήναις εἰκας γεγραφέως—ἐξήγησιν Δεινάρχου—περὶ τῶν ἀρχαίων Ῥητόρων καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι.

* Vid. Dionys. in Lysia.

† Hos conjungit Quintilian. III. 1. φίλτατον vocat Dionys. Halic. in Epistola ad Cneium Pompeium de præcip. Historicis. Laudatur a Quintiliano tanquam auctor antiquior. Cum igitur Suidas ætatem Cæcilli ab Julii et Aug. Cæsarum temporibus ad Hadrianum proroget, credibile est, eum, ut solet, duos scriptores immiscuisse, unum, qui sub Augusto, alterum, qui sub Hadriano floruit. De Cæcilio præterea vide Dionem Cassium, Plutarch. in Demosth. init. et in vitis X Oratorum, Athen. l. 6. Longinum sæpius, Photium, Cod. 61. 259, 260. 262. Suid. in Καικί-

λιος et Ἐρμαζόρας. Voss. Hist. Græc. p. 178. et de arte Grammatica l. 5. Casaub. ad Athen. VI. 21.

‡ Sc. ἀπὸ καλῆς Ἀκτῆς, ut eum laudat Athenæus. Conditur ea urbs in Sicilia Olymp. LXXXIII. 3. Mox voce depravata vocabatur Κάλλαντις. Καικίλιος Σικελιάτης, Καλλαντιανός. Κάλλαντις δὲ πόλις Σικελίας. Suid. A Diodoro ad Olymp. LXXXV. 1. πόλις Καλλατίνων. ut dubium an Σιλῆνος, ὁ Καλατίνος ab Athen. p. 268. memoratus sit Siculus Calactinus, an ex Calatio urbe Italię. In numis Καλακτίνων visuntur symbola Atheniensium.

Diodorus Valerii Pollionis Alexandrini F. sub Adriano vixit et enarrationem scripsit locorum difficiliorum, quæ in X Oratoribus inveniuntur. Suid. in Πωλίων et Διόδωρος.

Zosimus Gazæus vel Ascalonites, qui sub Anastasio vixit, scripsit præter Lexicon Rhetoricum, Commentarios in Demosthenem et Lysiam.* Interfectum a Zenone Imp. refert Cedrenus p. 291. qui Zosimum virum spectabilem vocat. Perierunt utique, quæ in nostrum scripsit: attamen Zosimi Ascalonitæ scholia in Demosthenem diversa ab Ulpiani scholiis servantur hodie inedita una cum Demosthenis orationibus in Bibliotheca Vaticana, ut ex Ryckii Catalogo MS. didici. Excerpta ex ejusdem libro περί πρέσβιων Ῥωμαίων πρὸς Ἐθνικοὺς ibid. memorat exstare idem Ryckius: Zosimi in Demosthenis Philippicas Lexicon in eadem Bibliotheca Labbæus. Ejus in Demosthenem Orationem Leo Allatius Συμμεκτῶν lib. 7. Latine vertit. Vid. Fabric. Biblioth. Gr. Tom. XIV. pag. 15. qui ibidem memorat Virum eruditissimum Franciscum Salmonium Præfectum Bibliothecæ Sorbonicæ habere MS. ejusdem lucubrationem εἰς τὸν βίον τοῦ Δημοσθένους.

In eosdem, Lysiam sc. et Demosthenem, scripsit Zeno Citiensis, Zenone Philosopho Stoicæ disciplinæ auctore, qui ejusdem quoque Civitatis erat, multis annis junior. Videtur allegari† a Sulpicio Victore in Institut. Orat. ad Silonem generum, a Scholiaste Hermogenis p. 362. et ab Ulpiano præf. Commentariorum in Demosthenem.

De Antiphontis figuris, de Lysiæ et Hyperidis orationibus scripsit Caius Harpocratio Sophista. De illis, quæ Oratores ignorasse videntur, de formis Orationum, Ementitam esse Herodoti Historiam (sive ut Suidam emendari velit Casaubonus in notis MSS. ad Herodotum περὶ τοῦ οὐ κατεψεύσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν) ceteraque Ælius Harpocratio. Vid. Suid. Meurs. Attic. Lect. VI. 2.

Utilem certe operam navarunt Callimachus aliique ex Schola Pergamena in tabulis conficiendis, quas πίνακας et ἀναγραφὰς vocarent. In eas auctorum ætatem, genus, et scripta; scriptorum argumentum, initium et numerum distincte referebant, et quæ supposititia erant a veris segregabant. Hujusmodi πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων instruxit Callimachus, ut notum est ex Athenæo: In πίνακι seu ἀναγραφῇ ῥητορικῶν (sive ῥητόρων) et ἐν τοῖς ῥήτορσι diserte et speciatim citatur ab antiquorum non nemine. Ex eo scilicet opere fuerunt, quæ laudat Dionysius Halic. de Callimachi laboribus in antiquos Oratores præstitis.‡ Verum cum munus illud

* Ex Suida.

† Zenonis Rhetoris præceptis se maxime usum fuisse testatur Sulpicius initio libri.

‡ Τοῦτου ἐπιγράφει τὸν λόγον [Lysiæ]

Καλλιμάχος περὶ Φερενίκου ὑπὲρ τοῦ Ἄνδροκλείδου κλήρου. Dionys. in Isaïo. Ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίσσπου ῥηθεὶς λόγος [Demosthenis] ὃν ἐπιγράφει Καλλιμάχος ὑπὲρ Ἀλονήσου.

negligenter administravit, sive rei mole et inagnitudine oppressus, sive *δεινότητι* vere Critica, quæ falsa a veris discernit, destitutus (a Photio certe Cod. 265. *οὐχ ἰκανὸς κρίνειν* repræsentatur), istos commentarios minus ægre ferimus interceptos.

Multum utique conferret ad nostros Scriptores illustrandos, si exstarent argumenta Orationum, quæ concinnarunt Antiqui nonnulli. In ea Classe censendi sunt Posidonius Olbiopolita Sophista, Ælius Theo Alexandrinus, Tiberius Sophista, Timæus Tauromenites Philisci Milesii discipulus, aliique. Si exstarent, dixi: quo jure dixerim, sane nescio. Eæ enim, quæ nonnullis Rhetorum antiquorum Orationibus in scriptis Codd. adhærent *ὑποθέσεις*, licet aliquando incuriose et præter argumentum et historiam confictæ, antiquiores esse possunt, quam vulgo haberi solent. Antiphontis una lemma habet præfixum, in quo de Lysię deperdita Oratione ita instituitur Sermo, ut nemini dubium esse possit, quin eam legerit Scriptor ille, quicumque fuerit. Et sane quo tempore desiderari cœperint Nostri orationes, difficile est dictu. Exstiterunt sæculo octavo nonnullæ, quæ hodie non exstant, ut liquet ex Photio. Plurimas diserte nominat Suidas, et verba descripsit, verum ex Harporatione, qui ætate anteivit, mutuatus. Eustathius quidem, qui utrosque sequitur, nonnulla Lysię legerat, quibus hodie non utimur: ut dici debeat plura ad istud saltem ævum superfuisse.

Novo jam sæculo nato et literis feliciter instauratis, Aldus Manutius primus, anno sc. 1513. Lysię, quod supererat, typis evulgavit Græce Fol. una cum Æschine, Antiphonte etc. quos Francisco Faseolo IC. ac Senatus Veneti a Secretis Magno nuncupavit. "Id quod gratius (ait Vir summus) tibi futurum existimavi, quoniam quas plerique horum scripserunt Orationes multis Sæculis abditæ latuerunt: latebant autem in Atho Thraciæ monte. Eas Lascaris is, qui abhinc quinquennium pro Christianissimo Rege Venetiis summa cum laude legatum agebat, doctissimus et ad unguem factus homo, in Italiam reportavit. Miserat enim ipsum Laurentius ille Medices in Græciam ad inquirendos simul et quantumvis emendos pretio bonos libros. Unde Florentiam et cum iis ipsis orationibus et cum aliis, tum raris, tum pretiosis voluminibus rediit," et quæ sequuntur. Editionem igitur suam credibile est Manutium expressisse non ex unico exemplari, sed ex pluribus inter se collatis, quæ adhuc servat instructissima illa Bibliotheca Laurentiana. Eorum notitiam non alienam duxi, quæ hic jungatur, ut aliorum Industriæ aliquid subministrem, qui Lysiam olim emaculaturi felicitatem nostram in bibliothecis exterorum adeundis superare possint.

Idem de admiranda vi dicendi in Demosth. Theocrinem] *Καλλίμαχος ἐν τοῖς Δημοσθέν-
Τούτων* [sc. orationem Dinarchi contra *νοῦς φέρει.* Idem in *Διαρχο.*

Plut. 57. Cod. 4. Orationes Lysiæ 31, quarum prima contra Eratosthenem, ultima contra Philonem. Fol.

Plut. 57. Cod. 45. Lysiæ orationes 28, 4to.

Plut. 57. Cod. 52. Lysiæ vita ejus orationibus præmissa, 4to.

Plut. 74. Cod. 12. Lysiæ orationes aliquot, quarum prima *περὶ ἐωροδοκίας*, postrema adversus Nicomachum, 4to.

Plut. 4. Cod. 24. Anonymi [Lysiæ] Oratio in eos, qui pro patria in prælio quodam occubuerunt. 4to.

Anno 1575. H. Stephanus eosdem oratores emisit Lutetiæ luculentissime impressos in Fol. Gr. adjuncta Latina versione omnium Æschinis et quarundam Lysiæ Orationum, sc. *de Eratosthenis cæde* seipso interprete, *in Alcibiadem*, et *Dardanarios*, ex interpretatione Claudii Groularti. Ad Æschinem quidem et aliquot Lysiæ orationes vett. Codd. ope se fuisse adjectum testatur. Quinam autem qualesque fuerint non memorat: in ea porro, quæ inscribitur *ἐπιτάφιος λόγος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς* “cujusdam exemplaris auxilio (hominis ipsius verbis utor) non solum plurimos locos emendavit, sed aliquot etiam lacunulas, necnon magnam quandam lacunam explevit.” Magna erat in eo homine cura, moderatio non minor. Scriptorum Codd. varietatem diligenter et fideliter ad oram paginæ suæ adnotabat: rarissime in locum receptæ lectionis hariolationes suas reposuit, nisi ubi tam crassus fuerit prioris Editionis error, “ut multo etiam crassior futura esset de emendatione dubitatio.” Quam, ut spero, in hac nostra edit. operam navavi, et fidem observavi, hominis istius et laudis et diligentiae pro ingenii modulo quam maxime æmulus.

Vertente sæculo, anno sc. 1615. Iodocus Vander Heidius Brabantus Lysiæ orationes 34. Latine a se redditas et politicis notis illustratas Hanoviæ edidit, typis Wecheliani in 8vo.* Græcâ recensuit notasque de ea re ad calcem libri adjecit, cujus hortatu atque auctoritate suscepta erat hæc editio, Andreas Schottus Antverpiensis, S. I. quali fide aut divinandi peritia (libris enim calamo scriptis destituebatur) præstat tacere, quam ea inclementer dicere, quæ etiam cum veritate dici potuissent.

Porro A. 1683. liber ille recusatus erat Marburgi Cattorum, in 8. procurante I. Burchardo Maio Eloquentiæ et Historiæ Professore primario. Quæ Editio, etsi testimoniis vett. Dionys. sc. Plutarchi etc. de Lysia, quibus prior instructa erat, carebat, notisque ibidem, quibus Schottus suarum hariolationum rationem aliquam reddidit, ea tamen diligentia ad imaginem prioris expressa est, ut singula pagina in utraque ex æquo responderet et pariter procederet.

* Eodem tempore, quo Heidius Lysiam, rodem ac Demadem Latinitate donavit, Alphonsus Miniatus Bononiensis Antiphonem, atque evulgavit typis, ejusdem Schotti Antiochidem, et Isæum: I. Gruterus Dinarchum, Lesbonactem, Lycurgum, He-

Singulares Orationes aut Latine expresserunt, aut Notis et Commentariis illustrarunt nonnulli, de quibus mox est dicendum. Sc. Orationes duas priores cum Latina versione a se adornata edidit Ianus Vitalis Panormitanus Romæ apud Iacobum Mazochium 1515. nonis Aprilis in 4to. Mario Maffæo Volaterrano, honoris causa, inscriptas. Editionem hanc rarissimam et semel tantum a me visam claudit hoc Epigramma.

OCT. SYLVIUS. LAURELIUS.

“Præcipuum decus est iterum natum esse Lyæo,
 Quique pater fuerat matrem habuisse Jovem.
 Sic LYSIÆ scriptis geminum decus additur, et quem
 Græcia protulerat, nunc polit Italia.”

Anno deinde 1522. 4to in inclyta Basilea ex ædibus Io. Frobenii Cal. Maii, una cum Libanii et Isocratis orationibus aliquot ab Erasmo Latine versis, prodierunt binæ eadem Orationes Gr. Lat. incerto interprete. Ceterum ut comperi ex ea interpretatione elegantius in pergamena exarata in Bibl. Col. Baliol. Oxon. Interpres iste erat Franciscus Philelphus Tolentinas, vir elegantioribus literis vindicandis natus.* Utriusque interpretationem Pallanti Strozæ nuncupavit, quas Epistolas, dignas certe, quæ non perirent, ex eodem Cod. descripsi, et primus, quod sciam, hodie publici juris facio.

“Franciscus Philelphus præclaro Equiti
 Pallanti Strozæ sal. pl. d.”

“Soleo certe nonnunquam, Pallas vir clarissime, majorem in modum queri perniciosam præteriti sæculi adversus nostræ tempestatis doctos homines literarumque cupidos injuriam: et illos vehementi quodam odio detestari, quorum inertis negligentia factum est, ut in amissis Vett. Scriptorum illustribus ac infuitis prope voluminibus tantam ipsi cladem susceperemus. Quid enim claris ingeniis aut acerbius aut calamitosias accidere potest, quam iis carere, quibus sine omni suo splendor omnisque magnitudo et maneat et muta est? Nemo profecto, mea sententia, etsi ad equitandum aptissimus sit natura, sine equo equestrem teneat, nemo sine armis militiam, neque navigandi peritiam sine navigiis, neque architecturam, neque fabrilem, neque aliam quamvis sive artem sive facultatem, ubi ejusce rei defuerint Instrumenta, medullitus sane noscere quisque queat. Cujusmodi vero quotque bonarum artium instrumenta, ob tantum hunc tamque indignum veterum librorum interitum, amiserimus, ipse optimus testis sis. Nemo enim est unus

* Vid. I. Henr. Foppii historiam Philelphi litterarum ex ipsius Epistolis collectam, tomo V. Miscellaneorum Lipsiensium p. 322—354. qui affirmat Latinam versionem harum Orat. prodidisse Florentiæ.

omnium inter nostros, qui id te melius scire vel possit vel debeat. Nam et Græce et Latine eam habes eruditionem, qua medius fidius majorem nemo: et si quid apud nostros exterosve librorum relictum sit, id omne, pro tua eximia diligentia ac laudatissimo doctrinæ studio, Tibi vel potius eruditis omnibus jampridem maximis cum laboribus impensisque comparasti. Quid enim Philosophos numerem? qui quo majore numero exstiterunt, eo magis in iis naufragium factum est. Libros circiter 400 Aristoteles, ac prope totidem Theophrastus scripsit, quorum mirum est quanta sit nobis relicta paucitas. Democritus ille magnus tantusque Vir, cujus magnum de Mundo opus talentis quingentis æstimatum perhibent, usque adeo multa scripsit, ut Librarius per cavillum sit ab Epicuro appellatus. Epicurus autem ipse trecenta reliquit volumina: Chrysippus vero, quem librorum Epicuri hujus parasitum Carneades nominat, quinque ac septingenta volumina elucubrasse traditur. Permulta Zenones et Cutiensis (sic) et Eleates scripsere, permulta Heraclitus, permulta Empedocles, et alii cum Græci tum Latini philosophi, quos complecti oratione labor sit. Permulta nobis et maxima suæ sapientiæ et perillustria monumenta reliquerunt. Horum autem omnium nulla prorsus scripta exstant. Quid autem, ut reliquos sive Poetas, sive Historicos, sive alios præstanti aliqua doctrina et ingenio viros omittam, quid, inquam, Oratorum versuras interitusque commemorem? Hosce propemodum omnes ad Brutum scribens Cicero non Latinos solum ab ipso usque M. Cornelio Cethego, quem suaviloquenti ore viguisse Q. Ennius decantabat, vel ab illo potius Bruto repetens, qui vim ex urbe regia extruserit, verum et Græcos ab ipsius usque Solonis Pisistratique memoria et diligenter, ut adsolet, et eleganter adnumerat. In quibus quanta sit strages facta, quanta suscepta calamitas, quis Te nobilissimo equite et homine doctissimo melius omnium unus norit?"

“ Nonne igitur jure illis succensebimus, detestabimur, execrabimur, quorum desidia ignaviaque tantam nobis jacturam factam intuemur? Nam si cum hac veterum librorum paucitate ac penuria, quorum non mediocrem partem, ut scis, tanquam ex Erebo mirus sanctæ vetustatis cultor Nicolaus Nicoli incredibili sua cum diligentia ac studio nobis in lucem contulit, id dicendo assecutos nonnullos cernimus, ut honori apud omnes admirationique habeantur, ne certe dubitandum existimo, quin multos hodie Leonardos, permultos haberemus Ambrosios, si priscis Bibliothecis liceret frui. Quod cum in omnem Italiam pateret, tum potissimum in hac urbe, ubi divina quædam ingenia germinant: Nec diffido, quin aliqui ex hac ipsa urbe brevi emererint, qui sua et cura et industria et ingenio tantæ huic jacturæ cladique medeantur. Ista cum Iannotium manet, tum hunc nostrum et Carolum Aretinum, disertos et doctos

homines, tum alios plerosque ad eloquentiæ eruditionisque decus evasisse tam probe atque indies magis evasuros video. Sed de iis hæcenus multa. In eo autem veterum scriptorum naufragio insignis est Lysiæ Oratoris procella. Is enim Orationes 425. scriptitasse fertur; quarum 230 Dionysius Cæciliusque indubitatas illius existimant: reliquæ vero creduntur adulterinæ. Hisce autem in omnibus bis duntaxat, et id ob malignitatem causæ eum succubuisse Plutarchus refert. Scripsit et Rhetoricæ artes et conciones et laudationes et epistolas: orationesque tum amatorias, tum funebres, ac Socratis defensionem. Ex hac autem tanta suorum scriptorum multitudine vix 35. orationes exstant: reliqua vero omnia perire. Quanta is vero dicendi luculentia majestateque floruerit, etsi Cicero princeps Eloquentiæ et optimæ nullius expertis disciplinæ plurimis in locis disseruerit, ac nos fortasse propediem alio quodam in loco commodius exposituri sumus, id tamen abunde dignosci potest ex ea funebri oratione, quæ ab hoc ipso Lysia pro iis edita erat, qui adversus Lacedæmonios Corinthiis auxilium ferentes post urbem 30 Tyrannorum solutam jugo, forti et atroci prælio Athenienses interiire. Hanc si frequentissime antea Græce lectitaveris, nunc Latinam a nobis factam, ut et Latine legas, et ceteris legendam des, te vehementer rogo."

" FRANCISCUS PHILELPHUS Clar. Equiti
PALLANTI STROZÆ, Sal. D. pl."

" Fuere nonnulli et prudentes et docti viri, præstantissime Pallas, qui inter Lysiæ Oratoris Platonisque Philosophi scripta maxime interesse judicarent: quod propemodum alii quidem, item et ipsi homines haud vulgares, inter Demosthenem Ciceronemque voluere. Nam huic nihil adjici: illi detrahi nihil posse, quid aliud esse dixerimus, quam vel id quod Platonis esse cernimus, eximiam quandam et exsuperantem dicendi copiam, vel emendatum Lysiæ atque elimatum gravissimumque Orationis filum? Quod quidem acutissimorum hominum judicium, quum semper maximi facere consueveram, tum vero posteaquam Græcas Literas degustassem, admiratus sum adeo, ut vix quicquam aut verius aut subtilius judicatum existimarim. Nam ut reliquos nunc omiserim, quid de Lysia ipso dicam? cujus peregregia dicendi quædam divinaque elegantia, castigata verbis, sententiis affluens, tantum de se stuporem splendoremque legentibus ingerit, ut hunc profecto eum fateri oporteat, qui unus imprimis inter Græcos primas eloquentiæ partes teneat. Hic est ille Lysias e cujus disertissimis orationibus, si quod subtraxeris verbum, et id commode feceris, de summa subtraxisse plane appareas. Usque adeo ab eo sunt omnia mirabili quodam suoque artificio et ordine lucubrata, dicta, posita, colli-

gata. Is præterea quum ceteris in rebus præstiterit plurimum, tum ea quoque styli perspicuitate ac nitore claruit, quem etsi nobilis Rhetor Isocrates imitatus fere sit, neque tamen hunc, neque Demosthenem ipsum Eloquentiæ principem, neque alium quemquam ex illustribus X Oratoribus assequi potuisse omnis una voce testatur Græcia. Quantopere vero hisce omnibus subtilitate antecesserit, ex gravi Ciceronis in libris de Oratore judicio intelligi licet. Sed de his alias; nunc autem ad rem, de qua agitur, revertamur.”

“Quum igitur hanc Lysiæ uberem luculentamque brevitatem facultatemque dicendi a Majoribus nostris mirifice probatam laudatamque intuerer, libuit, animi gratia, aliquas si possem ex illius orationibus Latinas efficere, quo non solum alieno testimonio, verum etiam re ipsa quasi Oratoris præsentia ac voce ejus vis omnibus divinumque ingenium innotesceret. Quare quum superiorem convertissem *ἐπιτάφιον λόγον*, volui et illam ad nostros orationem traducere, quæ in *Eratosthenem adulterum* habita esset. Hoc enim in adulterio deprehenso atque interempto sui pro ea causam necis agunt. Nex autem haud negatur, sed Mæchus jure cæsus defenditur. Argumentum omne narratione patet. Nunc ne quem tanti facio imitari omnino neger, id est, ne in brevi oratione prolixior, sim hac de re satis superque, jam Lysias ipse dicere incipiat. Vale.”

Eædem denique orationes prodire Colon. Iac. Soteris 1554. 8vo. interprete Francisco Fabricio* Marcodurano, ut ex Bibliotheca Thuan. et Telleriana didici.

Orationem primam, quæ est *de cæde Eratosthenis adulteri*, illustrarunt et verterunt plurimi. Prodiit Gr. Lat. in 4to. anno 1549 Paris. apud Gul. Morelium ex adverso Ædis Remensium: Renato Guillonio Vindocinæo interprete, et in eandem Antonii Bellaudi Grassæni scholia. Hujus Editionis Exemplar servat Bibliotheca Collegii Merton. Oxon. Eandem Latine reddidit suæque Græcorum Oratorum Editioni subjunxit H. Stephanus A. 1575. Anno deinde sequente Gallice transtulit Jacobus Contesius Vintemillius et Lugd. edidit in 8vo. Proxime (anno sc. 1593 Cantab. in 8vo.) Gr. Lat. evulgavit suis prælectionibus, quas Cantabrigiæ in scholis publicis habuit, illustratam Andreas Dunæus† Hellenismi

* Franciscus Fabricius obiit A. 1573. Collegit historiam Ciceronis. Scripsit Annotationes in Terentium et in Paulum Orosium. Vid. Sweert. Biblioth. Belg. p. 243. Hanck. de S. R. R. p. 2. pag. 144.

† Andreas Dunæus [Downes] ex agro Salopiensi oriundus, literisque institutus una cum inclyto Roberto Essexiæ Comite, cui Lysiam inscripsit, a M. Ashton in regia Grammaticali Schola, quæ est

Salopiæ, admissus erat Discipulus Col. D. Ioan. Cant. pro Domina Fundatrice Nov. 7. 1567. [Registr. Col. Ioan.] A. B. 1570—1. [Regr. Acad.] Socius Collegii pro M. Bayley Apr. 6. 1571. [Registr. Col.] A. M. 1574. [Regr. Acad.] S. Th. Bac. 1582. [ibid.] anno demum 1586. Græcæ linguæ Professor. Postquam numerosam juventutem literis domi informaverat, Chrysostomi editioni Savillianæ adornandæ et Biblii in linguam Anglica-

Professor Regius et Collegii D. Ioannis Evangelistæ per plures annos Socius bene meritus. Multum de juventute Academica et renascente Græcismo meruit vir ille laboriosissimus. Verum cum operosum istud prælegendi genus longe absit ab illa disciplina, quam profitemur, vix operæ fuisse pretium iudicavi, ut prelo iterum a me committeretur prolixior ista Commentatio.

Orationem *contra Eratosthenem* 30-virum Latinam a se factam cum Aristidis orationibus integris evulgavit Vir eruditissimus et longiori vita dignus Gulielmus Canterus Basil. 1566. in Fol. et quædam subinde loca in melius immutavit. Eandem Vir doctissimus Simo Groulartus, Præses Senatus Rothomagensis, item duas alias, sc. *contra Alcibiadem* unam, alteram *contra Dardanarios*, in linguam Romanam transtulit Stephanicæ Græcorum Oratorum Editioni 1575. subiunctas. De Groularto nonnulla apud Cl. P. Dan. Huetium de claris Interpret. l. II. p. 161. et Menag. Dedicat. Diogenis Laertii.

Porro in puerorum usum A. 1696. forma minore prodiere *Platonis Menæxenus* et *Lysicæ funebris Oratio* cum versione Philelphi et brevibus notis Mic. Busted, Cantabrigiæ. In fasciculo Gr. Lat. I. Iacob Schudt Francof. 1702. 8vo. *Lysicæ* Orationes binæ, pro *cæde Eratosthenis* una, *contra Eratosthenem* altera. Et Græce Venet. 1710. 8vo. in Vol. III. I. Patusæ Encyclopædiæ, 1. *Defensio pro cæde Eratosthenis*. 2. *contra Eratosthenem, unum ex 30-viris*, et 3. *Oratio* Ἐπιτάφιος. In eundem denique usum, anno uno aut altero elapso, Germanus nescio quis inter alia edidit Orationem, si bene memini, quæ inscribitur *contra Familiares, Obtrectationis*, studio certe parum laudando, cum vel mendis horridiorem, crebriorem lacunulis, argumenti pondere indigniorem aut Orationis denique filo injucundiorem vix aliam omnino quamvis reperire investigando potuit.

Utinam ea fortuna actum fuisset cum Themide Attica, ut mea opera in hoc auctore emaculando minus esset necessaria. Præiudicassent (et præiudicassent utinam) quæ aut interceptit fortuna, aut interrupit conditio Mortalitatæ. Præter explicationem Græc.

nani regio jussu vertendis utilem manum pidem sesquiprimum a Cantabrigia et admovit, unde Præbendam in Ecclesia mortuus et inhumatus est A. 1627. ut ex Wellensi meruit. Cotonæ demum ad la- epitaphio, quod descripsi, liquet

“ Andreas Downes Salop. Coll. D. Iohann. apud Cant. olim Socius, Græcæ linguæ professor regius, quam provinciam summa cum fidelitate et egregia laude per undequadragesima annos exornavit. Vir morum Candore spectabilis, in rebus divinis probe exercitus, totius a. humanioris literaturæ ad stuporem usque callentissimus. Jam Septuagenarius et quod excurrit rude donatur ab Academia, reservato tamen ei consueto honorario, anno ætatis 77. recessit huc in agrum suburbanum, ubi ante annum exactum postridie Cal. Feb. 1627. mortalitatem deposuit.”

Oratorum, quam meditabatur *ὁ δεινὰ* a Cornario in Dedicatione Parthenii Ἐρωτικῶν laudatus, Annotationes in animo instituit adornare vir maximus H. Stephanus, quas Interpretationi Latinæ reliquarum Orationum aliquando subjungeret, cum variis, quæ in editione sua Græca prætermisæ fuerint, Emendationibus. Peculiarem etiam promisit Commentarium de locis in iisdem reconditiis, de quibus sibi ipsi in Editione sua non satisfacit et amplius delibendum censuit.

Idem consilium (Vett. sc. Rhetorum orationes Latine vertendi notisque illustrandi) suscepisse videtur doctissimus Iac. Phil. Maussacus, qui in eruditis notis ad Harpocrationem nonnulla scitissime emendavit, et propter felicitatem ingenii cum assiduo horum scriptorum usu conjunctam, id operis præclarissime exsequi potuisse videtur.

Idem pene expectandum erat a Gulielmo Cantero, qui (Vid. VII. Nov. Lect. 4.) Orationes 10. Oratorum enumerare et fragmenta colligere meditabatur. Id aliquatenus præstitit Ioannes Meursius in Bibliotheca Attica: ubi, sed festinanti similis, ex deperditis Lysiæ orationibus plurimas nominatim recenset, adducta auctorum, e quibus excerpit, fide: præstare etiam voluit And. Schottus, ut liquet ex ejus præfatione ad Lysiam.

Sed quod plurimorum, vel omnium potius ad instar erat, vir doctissimus undequaque H. Valesius,* tum vero de hisce literis non vulgariter meritis, non solum Pollucis capita de Rep. Atheniensi illustrare, sed et Oratores quoque Græcos emaculare in animo habuit. Nemo has literas suscepit vindicandis majori cum acumine aut subactiori iudicio. Omnia erant in eo homine summa, Atticæ et linguæ et prudentiæ peritia maxima, incredibilis animi magnitudo, et divinandi felicitas plane singularis. Ille est, quem pene audeas perfectum Criticum appellare. Erat enim immeasæ ac infinitæ pene eruditionis: eruditioni autem neque acre ingenium defuit, neque, quam ab hac nostra arte excludere isti velint, maxima et morum et literarum elegantia. Hodie quanta turba sit hominum, qui de Valesio ne faudo inaudiverint, et tamen summi viri haberi velint! Tantum in literas grassata est unius seculi barbaries.

Quod ad meam curam attinet, nam id demum scire velle videris, B. L., hæc habe. Textum ad Exemplar Stephanicum summa, qua potui, et fide et modestia expressi. Fide dixi, quæ Editorem ma-

* Videlicet Valesius noster, utpote Foro et Juris studio destinatus, eique operam daturus, aut ipse videns consilii et prudentiæ maturus ephebus sibi hanc legem dixit, aut a doctissimis Magistris accepit, non posse vel principia vel origines publici privatiq; Romanorum juris percipi

et intelligi, nisi Græcis notoriam perferentibus, utpote a quibus id adoptaverunt Romani. Id quum sibi infixisset, in reliquiis, quæ supersunt, Oratorum Græciæ — habitare proposuit. Gronov. Dedicat. Notarum Valesii ad Harpoer. etc. Vid. et Vales. ad pag. 58. Notarum Maussaci.

xime decet. Decurso enim spatio Typographico, atque istius, quam dixi, editionis collatione sedulo instituta, paucissima, quæ inventa erant, operarum menda collegi, eorumque notitiam disposui, quæ, in punctis ut plurimum versantia, tam levia tibi videbuntur, ut vix ullam aliam aliquam Græci Scriptoris Editionem per hosce annos in hac laudis parte cum nostra conferendam esse judicem. Ut aliqua saltem spes superesse videatur, vel Chartæ nitorem, vel Typorum elegantiam, vel Typothetæ denique meamque operosam diligentiam exemplaria nostra vindicaturam a fatali illa oblivione et vilitate pretii, quæ nostram familiam tam diu affixit. Quod ad moderationem spectat, quam Editoris laudem semper esse duxi primæ proximam, vetustam et diutius receptam lectionem rarissime sollicitavi, atque ad oram libri relegavi. Neque enim meorum Codd. auctoritatem tanti, aut meam divinandi solertiam tam magnificam esse judicavi, ut, ubi momenta saltem viderentur esse æqualia, Textus aliqua diuturnitate comprobatus, (Scriptorum antiquorum Terminus ille sacer) novarum rerum studio et libidini cedere deberet: Verum reputans vicissim, quod fœdissimas hallucinationes et crassissimos librariorum errores retinere, ubi vel dormitaverit bonus homo, aut plus æquo se invitaverit, esset otio inclementer abuti, aliquando meas conjecturas etiam scriptorum Codd. auctoritate destitutas in textum admisi, nonnullorum reprehensionem veritus, qui meticulosam religionem et tenuem illam fidem æque ac aliorum effrænata audaciam merito damnare solent.

* * *

Nonnunquam etiam verborum apices et punctorum momenta, immutavi, in quibus Stephanus obdormiscebat; lectore non admonito, ubi admonere tædio fuisse futurum sensi. Illud interea nescius ne esses velim, quod sæpissime, imo infinitis fere in locis, de vulgata parum sollicitus eam lectionem in Interpretatione secutus sim, quæ ex sola conjectura nasceretur. Nam in Latinis, quæ tota nostra sunt, tantam certe auctoritatem habere volui, cum Græca publici potius juris quam mei fuisse existimavi. Et ne aliqua fraus lectori subesset, quæcunque ita verti, ea ut literis, quas cursivas vocant, discernenterentur, sedulo curavi. Singulis præterea Orationibus Argumentum præmisi, ut ad orationem ipsam aditus faciliior quodammò fieret et jucundior: in quibus et Quæstionis statum, et Actionis genus, et solennis agendi ritus prætermisi, tum ne Meursii, Petiti, ceterorumque scrinia compilarem, tum quia sensi hæc plerumque eo gratiora esse, quo breviora. Postremo utriusque Editionis, quæ meam præcessit, Aldinæ puta et Stephanicæ, paginas in ora nostræ describi volui, ut, siquando usus venerit, minimo negotio conferri et adhiberi possent.

Græcis subjunxi, quia populo aliqua ex parte placere volui,

Interpretationem Latinam, et, quia aliorum olera male cocta recoquere operæ fuisset inficetissimæ, omni ex parte novam. Quam provinciam quali laude gesserim, id, etiamsi id maxime nollem, aliorum jam futurum est iudicium. At priusquam de me calculum ferat quisquam, experiendo sciat velim, quam operosum sit, quanta sollicitudine plenum, quæ eleganter Græcæ dicuntur, bene Latina vertere; ea fide verbum verbo annumerare, ut aliquis ne decedat color; ea venustate ora Auctoris effingere, ut Interpretes esse non desinas; religionem denique temperare cum elegantia. Id enim volui, et si minus assecutus fuero, tametsi in ingenii nostri imbecillitate nonnihil, imo maximum inesse confiterer, aliquid tamen in rei ipsius difficultate constare arbitrator.

In Notis, quas ad textum recensendum adhibui atque imæ paginæ subjeci, minimæ vel operæ vel laudis arbitrabar fore, si lectiones solummodo variantes, summa licet cum fide atque sedulitate descripsissem. Vicissim temerarii ingenii semper esse iudicavi, eas tantum lectionum discrepantias excerpere, quæ edenti notabiliores esse viderentur. Unde evenire solet, ut vel ex hac parte defraudetur aliquando ingenium legentis, qui ex parvulis istiusmodi scintillulis lucem fœnerari potuisset; vel ex illa summa oritur ariditas et legendi fastidium. Porro ubi scripti Codd. nihil quidquam suppetiarum tulere (quod in plurimis depravatis locis contigit) et divinando res erat agenda, eum modum mihi servandum esse duxi, quem ab homine novo, minimæ aut celebritatis aut expectationis servari fas erat. Deinde autem aliquoties adducuntur ad stabiliendam conjecturarum fidem loca ex probatissimis semper (nam id te scire volui) scriptoribus desumpta. Quorum auctoritate dum utor, si quidquam a me vel lucis vel puritatis, fœnoris loco, acceperint, nolis id a me factum existimare gloriolæ aucupandæ causa, aut ad ostentandum, qualis vir siem; sed partim quia unum scriptorem emaculaturus nihil istiusmodi a me duxi esse alienum; partim quia lector, observaturus similem in pluribus scriptoribus erroris occasionem, emendationibus nostris aliquam vim et auctoritatem accedere non invitus confitebitur.

Quicquid igitur in Textus medelam afferre potui, id pene omne Textui, ut par erat, subjeci. Cetera, quæcunque de Lysia observanda duxi, ea Lectionibus Lysiæ reservavi perpetuo orationis filo commentanda.

Notis inserui adhuc inedita, quæ dudum ad oram exemplarium suorum allevere Josephus Scaliger et Claud. Salmasius. Exemplar, quo usus est Scaliger (cujus rei Dodwellus in libro suo de Cyclis Græcorum fidem facit), ad Edw. Bernardum Professore apud Oxonienses Savilianum olim pertinuit, hodie in Bibliotheca Bodleiana asservatum. Salmasianæ vero notæ, quas merito que-

raris esse paucissimas, ex editione Stephani, quam servat bibliotheca Academica Lugduni Batavorum, desumuntur. Rationem denique habui omnium, quæ observarunt vel Gulielmus Canterus, vel Iacobus Palmerius, hic in Exercitationibus ad optimos fere Auctores Græcos, Lugd. Bat. 1668. 4to. ille in versione Latina Rhetorum quorundam, Bas. 1566. fol. aut Muretus denique in libris Variorum Lectionum.

Fragmenta deinde sedulo conquisivi, primusque, quod sciam, reliquias hujusce auctoris collegi. Opus sane pluris operæ, quam aut elegantiae, aut gratiæ. Tumultuarium doctrinæ genus, ubi ingenii exiguus, laterum infinitus labor. Ad hæc promissum Indicem adjeci, vitam Auctoris, quam sedulo concinnavi, et testimonia, quibus a Vett. ornabatur Lysias, edentium ad normam studiose undique collegi.

Accedunt præterea Conjecturæ, quas pro egregia sua humanitate, qua insigniter pollet, mecum benignissime communicavit summus Vir Ier. Marklandus, a me semper et amicitiae et eruditionis nomine plurimi habendus, et colendus maxime. Quo sane facto Vir celeberrimus non solum Editionis nostræ nitori, verum etiam aliquantum Editoris famæ consultum ivit: cum deprehendet æquus lector locis aliquammultis a me olim restitutis tanti Viri accedere consilium et auctoritatem.

Præter Lectiones Varias, quas ex Cod. MS. (quem idcirco *Stephanicum* appellare soleo) H. Stephanus deprompsit, Textum Lysiae collatum curavi, gratia atque interventu præstantissimi atque humanissimi Viri D. Bernardi Montefalconii, quo nemo has literas feliciter aut humanius adjuvit, cum Cod. MS. olim *Segueriano*, postea *Coisliniano*, hodie vero *Sangermanensi*. Codex est membranaceus in folio, numero 342. quam diu in Bibliotheca Coisliniana asservabatur, sæculo XV. exaratus. Amanuensis, qui hunc Cod. descripsit, Græcæ linguæ imperitus, multa in lectione novavit, et nonnullas voces barbaras admisit. Vocalis *ι, υ, η, ει, οι*, item *ε* et *αι* sæpissime immiscuit: Quod fortasse non ex sua inscitia admisit, verum ex suo exemplari, quod descripsit, derivare potuit. Jampridem enim earum vocalium tam inter scribendum, quam inter legendum promiscuus erat usus. In eo perpetuo fere exarantur *ἐδύνατο, γινώσκειν, ἕνεκα, γίνονται, ἐφθαρμένοι, τειχιζόντων, ὑπερβαλόντων* etc. quæ in aliis Codd. leguntur *ἠδύνατο, γινώσκειν, ἕνεκειν, γίνονται, διεφθαρμένοι, διατειχιζόντων, ὑπερβαλόντων* etc. Et similiter ubique fere desunt notæ illæ ΜΑΡΤΥΡΕΣ. ΨΗΦΙΣΜΑ. ΝΟΜΟΣ ceteraque hujusmodi. Verum Codex infra hanc, quam dixi, statem positus, et incuriosius aliquando descriptus sæpenu-mero vestigium optimæ lectionis expressum reservavit.

Ejusdem præstantissimi Viri adjutu, Orationem secundam, quæ *Funebris* est, collatam curavi cum Cod. MS. membranaceo in eadem bibliotheca asservato, num. 249, qui ad decimum sæculum facile assurgit. Liber ille bonæ frugis plenus atque auctoritate summus complectitur præterea Æschinis Orationes et Epistolas, et Synesii nonnulla. Ejusdem Orationis Exemplar MS. asservat. instructissima bibliotheca Barocciana eadem fere et ætate et fide exaratum: quod cum editis quam accuratissime contuli. Codex ille Synesii quoque nonnulla continet, chartaceus, num. 139. 4to. in principio orationis mutilus. Desunt etenim duo folia integra, atque insuper tertii pars dimidia. Ceteroquin bonæ notæ, neque ea vasta lacuna laborans, quæ in recentioribus Codd. Aldinis sc. et Coisl. 1. ad eam orationem visitur.

Ejusdem porro Orationis Lectiones Varias ex Codd. MSS. desumptas subministrarunt bibliothecæ Cantabrigienses ad oram Editionis Aldinæ diligenter annotatas. Exemplar alterum Collegio D. Ioannis testamento suo legavit Vir elegantissimi ingenii, nuper Patriæ pariter et Collegii delicia, Matthæus Prior: alterum in Bibliotheca I. Mori Episcopi Eliensis asservatur, quam totam munificentia vere regia et liberalitate nunquam satis prædicanda Academia Cantabrigiensi donavit Rex Optimus Georgius I. Huic insuper debetur, quod Lysiae vita a Dionysio Halic. descripta atque etiam tres postremæ Orationes ibidem servatæ emendatiores aliquanto prodeant.

Exstant præterea in exterorum bibliothecis Codd. alii Lysiae MSS. quorum copiam, tametsi id sedulo operam dedi, multum et prece et gratia enixus, nondum tamen comparare potui. Hujusmodi sunt, præter Laurentianos, quos alibi me enumerasse memini, in bibliotheca Ambrosiana Mediolani Cod: operum Lysiae, sed manu recentiori: Cæsareus alius in bibliotheca Vindobonensi inter Codd. Philologos num. 59. chartaceus, in fol. antiquus et optimæ notæ: In bibliotheca Vaticana tertius, in Palatina, quæ itidem Romæ est, alius. Erat etiam in bibliotheca Wittiana, cujus ante aliquot annos distractio fuit, Lysias Gr. MS. Ut orationes singulares præteream, verbi gratia, primam in bibliotheca Palatino-Vaticana, num. 117. 4to. priores duas in bibliotheca Regia Parisiensi; ceterosque præterea Orationis II. Codd. MSS. quorum alibi mentionem feci. Lysiae Orationes 32. Sermonem Epitaphium et Epistolas 6. exstare Græce in quadam Italiae bibliotheca memorat, nescio tamen qua fide, Gesnerus. Nam de Auctoris nostri Epistolis integris diu multumque quærens nihil unquam certi investigare potui. Horum igitur exemplarium usum, si qua gratia comparari possit, a me summopere, sed frustra, efflagitatum, eis commendari velim, si qui post labores nostros Lysiam edendum susceperint: Codicis maxime

Palatini, quoniam in eo asservari videtur Lysiæ Oratio *contra Niciam* nondum edita et fragmentis solummodo aliquibus nota.

Atque hæc fere sunt, quæ ut scires, tua et mea interesse arbitrabar. Sis interea admonitus, neque enim a loco alienum esse duxi admonere, me in Jurisprudencia Attica pene totum et isti quasi glebæ adscriptitium, Demosthenis totum quod superest, accurate ad fidem Codd. Manuscriptorum recensitum prelo indies parare; eidem æquissimis conditionibus, et, si id velis, Tuis committendum. Cujus editionis rationes, modum et formam mihi ab iis, quorum id intererit, præscribi exoptarem, consilio quasi publico (si tanti esse videbitur, atque ea de re aliquo demum pacto conveniri potest) non meo usus. Ut plurimorum igitur votis aliquo modo satisfacere possim, institui interea in animo meo, tot exemplaribus, quot sc. istud consilium non ingratum fore videbitur lectoribus, *vernacularem*, quam vocant, *interpretationem* subjungere, vel mea vel amicorum quorundam, qui id oneris jam in se susceperint, opera adornandam; ceteris Latinam: sive vulgatam Wolfii, sive aliorum, qui in singularibus orationibus vertendis cum aut fide aut elegantia præverint, sive denique, ubi utrinque res infeliciter cesserit, propriis laboribus de novo concinnandam. Multorum consilio adjungi velim nonnullorum gratiam et auctoritatem, quibus alius pollere potest in Exemplarium Manuscriptorum notitia communicanda, alius in eorum usu et conferendi facilitate expedienda. Meum erit laborem in edendo proprium, fructum alienum judicare. Hæc tamen omnia ea conditione a me dicta, atque hoc consilii susceptum existimes, si nempe mea opera, fides et diligentia, quam hodie in Lysia cris perspecturus, ea tibi videbitur, cui Demosthenem committas: aliter dicta pro indictis, consilium susceptum pro deposito, accipias velim. Neque enim legi tam sitienter expeto, ut non Editoris nomen cum aliquo legentis fastidio conjunctum quam citissime respuerem: neque a rebus aliis tantum otii nactus sim, ut sine Exemplarium collatione domi exercitatus esse non possim. Vale.

Dabam c Collegio D. Ioannis Cantab.
Nonis August. MDCCXXXVIII.

IEREMIÆ MARKLANDI

PRÆFATIO

CONJECTURIS IPSIUS AD LYSIAM PRÆMISSA.

ROGATU Eruditissimi Editoris, nonnulla, quæ inter legendum corruptissimum hunc Auctorem observaveram, in has schedas contuli: raptim quidem, ut qui serus huic negotio accesserim. Cæterum brevitati, quantum res sinebat, studui: tum ne forte actum agerem; tum, quia non perpetuum Commentarium scripturus eram, sed *Conjecturas*, res sine MSS. plerumque incertissimas, et quarum probabilitati appositis quidem exemplis multum, verbis vero tuis quantis libet, parum adstruxeris. Hæc itaque mea ita accipias peto, ut, si loca suspecta ex MSS. aliter sanari possint, quæ dixi omnia indicta sint. Et si quando Dictatoria ista, *Lege*, vel *Scribe*, occurrant, scito me nihil aliud velle, quam *Forte legendum*, vel *scribendum*.

Eo vero lubentius hoc opus suscepi, quod nonnulla animadverteram in Lysia, nondum ab aliis, quod sciam, prolata, quæ Novi Fœderis Textui et Phrasibus illustrandis inservire posse existimavi. Hæc igitur, prout suppetebat memoria, protuli: non ut ex Paulo vel Luca Lysiam *Bene* scripsisse, sed ut ex Lysia Paulum vel Lucam *non Male*, probarem. Conjecturas quoque paucas, data (vel, si velis, quæsitâ) occasione, in loca N. F. quæ mihi suspecta sunt, immiscui: quas iudiciis eruditorum, qui in istis Sacris accuratius versati sunt, permitto, ea modestia et ἐποχῆ, quæ debetur τοῖς λογίοις τοῦ Θεοῦ. *Aptior*, forte inquires, *hujusmodi rebus inveniretur locus*. Quæ objectio, ut forte non improbabilis est, ita valeat, quantum valere potest.

Has Orationes Scholiis brevibus, seu conjecturis in loca aliquot, illustrant duo Viri Celeberrimi, Henr. Stephanus, et Andr. Schottus Antverpiensis, e Soc. Jesu: Ille, ad marginem pulcræ suæ Editionis Oratorum Veterum, Paris. 1575. quam in his Notis sequor: Hic, ad calcem Editionis, quam cum Versione sua publici juris fecit Iodocus Vanderheidius Brabantus, Hanovix 1615. Et Stephanus quidem in hoc opere feliciter plerumque, ut mea fert opinio, versatus est. De Schotti (doctissimi, et, quod multo potius est, humanissimi Viri) sive Festinatione, sive Mentis intentione aliorum versa, est quod sæpius dolcas, interdum et queraris.

Multa quoque me movent, ut crederem Schottum hæc scripsisse Juvenem, nec adhuc compotem istius usus et peritiæ in Græca Lingua, quam postea assecutus est: hæc, inquam, in Marginem Libri raptim, ut fit, conjecta, atque inde sine accuratiori examine Amico suo subministrata crederem, nisi ipse in præfatione aliud profiteri videretur. Incuriam igitur Optimi Viri animo aliis occupationibus Literariis districto allegemus: sed non ideo dissimulanda fuit, ne alios quoque Schotti nomen et fama in errorem traheret. De Versione Vanderheidii nihil dico: cum enim Contextus adeo esset depravatus, nil mirum, si vara vibiam sequeretur. Vale.

Londini, Jan. IV. MDCCXXXVIII.

I. I. REISKII
A D L Y S I A M

PRÆFATIO.

AD Lysiam præfandi pæne otium mihi fecit Taylori diligentia. Cujus de editione reliquiarum Lysiæ ubi, quoad opportunum videbitur, eos docuero, qui ea carent, accingar ad demonstrandum, quid novorum ornamentorum ad hunc oratorem a me profectum sit.

Lysiæ prostant editiones duæ a Taylora curatæ, altera minor, qua nunquam usus sum; altera major, qui fundus est nostræ hujus recensiois. Illa minor, quantum e fama mihi constitit, præter orationem Lysiæ Græcam ejusque Latinam interpretationem a Taylora conscriptam, nihil tenet eorum omnium, quæ multa, et haud contemnenda tenet major. Huic autem, de qua sola impostero disputabo, titulum hunc præfixit Editor. “ΛΥΣΙΟΥ ΤΑ ΗΕΡΠΕΝΟΜΕΝΑ. LYSIÆ ORATIONES ET FRAGMENTA. Græce et Latine. ad finem codd. Mstorum recensuit, notis criticis, interpretatione nova, ceteroque apparatu necessario donavit Io. Taylor, A. M. Col. D. Ioan. Cantab. Soc. Academiæ olim a Bibliothecis, hodie a Commentariis. accedunt Cl. Ieremiæ Marklandi, Col. D. Pet. Soc. Conjecturæ. Londini ex officina Guil. Bowyer, in ædibus olim Carmeliticis. 1739.” Titulum hunc excipit Epistola, qua totum hoc opus “ornatissimo præstantissimoque viro Io. Tempest Armigero” inscribitur. Eam sequitur Præfatio Taylori; tum Vita Lysiæ ab eodem conscripta. cui subjectus est libellus Dionysii Halicarnassei de Lysia, cum Plutarchi Photii aliorumque de Lysia testimoniis. Hæc, quæ dixi, omnia paginas in quarto majore implent nonaginta. Inde legitur ipsa Græca Lysiæ oratio, cum substrata interpretatione Taylori Latina, et huic rursus substratis annotationibus Taylori, a p. 1. ad 528. Inde seorsim leguntur excusæ Ieremiæ Marklandi ad Lysiam Conjecturæ a p. 429. ad p. 607. nam typographus Londinensis in numeris paginarum erravit. Posthæc a p. 613. ad p. 669. Fragmenta Lysiæ a Taylora collecta et annotationibus illustrata. quæ Fragmenta Taylor Thomæ Mangeyo, Philonis Judæi editori satis noto, inscripsit. A p. 671. succedunt usque ad p. 722. Taylori Lectiones Lysiæ Guilicelmo Clarkio, Canonico Cicestriensi, inscriptæ. Agmen claudunt Indices aliquot; primus antiquorum

auctorum, qui in editione Lysiæ Londinensi emendantur. 2. Locorum novi fœderis, qui in Marklandi Conjecturis ad Lysiam et Dionysii Hal. libellum de Lysia emendantur, vel illustrantur. 3. Præfatio Taylori ad indicem ab ipso conscriptum, quem Atticum appellare ei placuit, et Index ipse.

Descriptio hæc est Lysiæ Taylorani, quem recudendum operis Lipsiensibus dedi, sed nonnihil immutatum, ut ex iis, quæ nunc dicam pluribus, constabit. Orationem Græcam, seu, quem vulgo usurpant, Textum Græcum, expresserunt operæ nostræ ex exemplo Taylorano. Verum qua libertate Taylor a Stephani exemplo discessit, quod imitandum suis operis proposuerat, imitatus ea in re Stephanum ipsum, qui passim locorum textum Aldinum immutaverat, eadem ego quoque libertate mihi non duxi interdicendum esse, ut Tayloranum exemplum, ubi necesse videretur, sive ad codicum Mstorum auctoritatem accommodarem, sive ad primigeniæ Aldinæ fidem reformarem; iis de locis ne commemorem, quos Marte meo refinxî; qua de re, quoties usu venit, tam asteriscis in texto, quam copiosius in annotationibus admonui. Taylori cum annotationibus Marklandinas, quæ in Londinensi seorsim leguntur, copulavi, commoditati lectorum inserviturus. Amborum annotationibus meas nomine carentes immiscui, quò, quæ ad hoc diei ad Lysiam annotata uspiam exstarent, ea unis locis in brevi quasi tabella exhiberentur. Unum volumen formæ minoris, cujusmodi hoc est, quoniam omnia non capiebat, quæ major Londinensis exhibet, quæ hoc in primo volumine locum non inveniebant, ea necessario in secundum brevi post insecuturum rejeci. Sunt autem hæc istoc ordine a me suo tempore exhibenda. 1. Fragmenta cum annotationibus Taylori solius: nam ad ea neque Marklandus quicquam annotavit, neque ego animum iis adverti. 2. Indices, qui numero erunt plures, cum illi, quos paulo ante commemorabam, ex editione Londinensi repetendi; tum alii novi ab ipso me jam concinnati, Græcitatibus puta Lysiæ, et hominum a Lysia appellatorum, et locorum, et legum. 3. Libellus variantum in Lysia lectionum. 4. Taylori præfatio ad Lysiam. 5. Marklandi præfatio ad Conjecturas ipsius. 6. Lysiæ Vita a Tayloro conscripta. 7. Libellus Dionysii Halicarnassei de Lysia, cum annotationibus Taylori, Marklandi, meis, et iis, quas de suo mihi impertiit Io. Frider. Matthæi V. C. 8. Lectiones Taylori Lysiæ. Superest adhuc aliud haud tacendum a me innovatum. Hoc nempe. Magna pars annotationum Taylori aliud nihil exhibet, præterquam variantes lectiones ex Aldina, Coisliniano codice, et marginibus editionis Stephanicæ collectas. Ego vero quotquot hujusmodi notulæ inessent reliquis Tayloranis immistæ, eas omnes ad Libellum Variantium in secundo nostro volumine exhibendum amandavi. Quod si

ergo eveniat, ut editionem Londinensem cum hac nostra comparantes, ab hoc primo nostro volumine exterminatas cernant ejusmodi quisquillas depravatarum lectionum, rogatos eos velim, ut præcipitare judicium nolint, sed querelas de mutilatione tantisper reprimant, donec secundum volumen prodierit, ubi feces ipsas et stereora editionis Londinensis reddam, locumque calumniæ excludam, ac si mala fraude rem gessissem. Nihil enim eorum omnium, quæ Londinensis editio tenet, sciens volensque prætermittam; nisi si quæ ipse profitear me omissurum, quæ sunt et pauca, et nullius momenti; nempe has tres Taylori præfationes, unam ad Tempestum, alteram ad Mangeyem, tertiam ad Clarkium. In reliquis reddendis fidem servavi et servabo porro sanctissimam. Quas viri docti dedissent ad Lysiam annotationes, eas nil decurtatas, nil immutatas, ipsis eorum verbis reddidi, tametsi persæpe locorum eas parum probarem. Fidem ipse meam minuissem, meæque editioni auctoritatem detraxissem, si licentiam, nefariam illam quidem et minime tolerandam, quæ displicerent, tollendi, mihi arrogassem. Nihilo magis mihi datum hoc existimavi, ut viris doctissimis et de literatura Græca egregie meritis perpetuo oggannirem: quamquam haud raro gravissimæ erant causæ lapsus eorum notandi. Censorem agere atque objurgatorem, odiosum, et putidum videbatur, et malignum. Ipsemet æquo animo laturus non sim, si quis criticus sycophanta, homo Toupianus, infesto dente lucubrationes meas dilaniet. Præterea chartis parcendum videbam esse, lectorumque pudori, hoc est, cavendum ne eorum ingenio diffidere viderer. Ultro, me indicente, animadvertent sagaces atque rerum intelligentes lectores virorum doctorum, Taylori puta atque Marklandi, hallucinationes. Minus invidiosum arbitrabar esse, errores eorum ab aliis aliud agentibus obiter reprehendi, quam a me, qui editoris personam ipse mihi imposuissem, hoc est præconis quodammodo eorum, quæ illi scripta reliquissent. Denique locus etiam videbatur adolescentulis relinquendus esse ingenii proferendi, qui propius ad veniam peccant ex aliena contumelia famam aucupantes. Poterat spissa illa annotationum farrago passim locorum in brevius contrahi, semel tantum indicando Taylori atque Marklandi easdem in suspiciones consensum, qui tam sæpe inter se consentiunt, ut miraculo fit, qui fieri potuerit, ut duo prorsus in easdem sententias tam sæpe cogitatione deferrentur; tædio profecto legenti est eadem toties iterari. In Marklandi annotationibus mihi quidem haud aridet illa affectatio rerum ab argumento alienarum. Nusquam non captat occasiones, sæpe invitas et reluctantes, super Novo Testamento disputandi. Mei si res fuisset arbitrii, cunctas illas disputationes obtorto, quod aiunt, collo huc raptatas induxissem. Sunto enim, cuicumodi sunt; placent quibuscunque poterunt, per me

licet. Super his enim iudicare mihi fas non est, qui a theologorum sacris arcanis tota vita procul abfuerim. Sunt, si voles, quantivis faciendae. Verumtamen in disputationibus super monumentis Lysiae ecquis enucleationes quaerat abstrusorum Pauli Apostoli sensuum? Non erat nunc his locus. Alio loco expromississet. Decebat utique Marklandum, qui theologus esset, Pauli lectione delectari. Non invideo, non intercedo. At cum luce tenebras ne commisceto. Verumtamen nefas ducebam alienam in messem falcem me immittere, fidemque publicam violare, et execrabilis exemplum praere grassationis in aliena scripta, quod alii postmodum in meis, me invitissimo, sint imitaturi. Praeterea aliis alii ducuntur. Meum ad palatum si quae minus sint, dubium non est, quin bene multi sint futuri, qui ea appetant, ob eaque vel sola Marklandinas ad Lysiam Conjecturas magni faciant, emant, lectitent. Minus tamen religiosus fui in Latina Lysiacae orationis interpretatione a Taylora conscripta, quam prorsus omisi, gemina de causa: altera, quod decrevissem ab hoc, quod edo, corpore Graecorum Oratorum Latinas interpretationes omnino omnes, quamvis bonas et probatas, excludere; altera, quod hanc Tayloranam parum probarem, quae persaepe locorum ab oratoris sententia aberrasset, et universe parum Latina esset, quamquam haud me fugit, quam sibi Taylorus et in fide atque perspicuitate suae interpretationis, et in munditie atque nitore Latinitatis placuerit atque exsultarit. Verum ab intelligentia bonae tersaeque Latinitatis aberat Taylor quam plurimum. Id quod affirmanti nemo facile mihi fidem deneget, annotationes ejus ad Lysiam legens; in quibus haud rari sunt loci, non Apuleianum, sed plane Tertullianum os referentes, quos alii non magis videantur percipere, atque ego percipio. Est utique Lysiae oratio perobscura, cum ob dictionis, quam affectat, brevitatem, tum ob caeca ratiociniorum vincula: ut inprimis bonum interpretem desideret. Ego vero Taylorum eum esse nego bonum interpretem. Quapropter ipsemet molestiam exantlavi Lysiam, unaque Andocidem et Isaeum, Latine convertendi. Nam de Antiphonte nondum certi quicquam mecum constitui. Istos vero, quos dixi, Latinos feci, olim aliquando edendos: quod ubi factum fuerit, statuent rei intelligentes, operane pretium fecisse videar. Interim semel vel bis in annotationibus meis ad Lysiam lectores ad hanc meam Lysiae interpretationem ablegavi, tum prodendam, cum per fata licuerit finem huic corpori Graecorum oratorum imponere. Vita si suppetet, et sumtus, atque studium emtorum, recipio edenda aliquot volumina, in quae compingentur Wolfianae operum Demosthenis et Aeschinis et Dinarchi, meae Andocidis, Lysiae, Isaei, et nescio an Antiphontis quoque, et ab aliis conscriptae, si quae prostant, interpretationes Latinae probabiles aliorum e Graecis oratoribus minoribus.

Satis, ni fallor, de *Lysia Taylorano* dixi. Restat, ut quæ nova ornamenta de meo aut in hoc primum volumen jam contulerim, aut in secundum mox sim collaturus, exponam. Si quis ullus alius auctor Græcus mendis et lacunis obsitus est, *Lysias* certe est miserime atque desperatissime depravatus. Ut penes *Taylorum* pene nihil fuit copiarum ad eum emendandum, si ab ejus et *Marklandi* divinationibus discesseris, ita penes me quoque perparum fuit opis, quod e codicibus *Mstis* conferrem a me usurpatis. Et oppido pauci supersunt *Lysiæ* codices *Msti*, et, quotquot ad notitiam nostram pervenerunt, contemnendi sunt omnes, iisdem mendis inquinati, lacunis iisdem hiulci, ut ex uno videantur omnes manasse, misere mendoso atque lacero; qui est ille, nunc *Florentinus*, olim a *Constantino Lascari* e monte *Atho* allatus, unde *Aldus* primus *Lysiam* edidit. Nihil equidem ipse mihi ad contentionem feci reliquum, ut paulo quid plus eniterer, quam decessor meus: verum haud respondit prospera fortuna spei votisque nostris, quamquam non prorsas me frustrata est. Magni faciendus non est *Coislinianus*, et nihilo tamen minus ex eo bonas lectiones haud paucas sublegit *Taylor* ante, et secundam eum ego alias plures illinc sublegi. Simillimus illi est *Vindobonensis*, de quo in continente pluribus dicam, fœdissimis mendis horridus, neque ideo tamen minus licuit haud pœnitendum spicilegium bonarum lectionum inde exhibere. Sed prius de codice *Veneto* paucis est indicandum. Est in bibliotheca *S. Marci Venetiis*, in libris, qui olim *Cardinalis Bessarionis* fuerunt, codex *Lysiæ*; a quo sperans opis non nihil impetratum iri ad explendum, qui creberrimi hodie sunt in *Lysiæ* exemplaribus, hiatus, et mendas teterrimas eluendum, dedi literas ad *Antonium Zanettium*, *V. C.*, illi bibliothecæ præfectum, rogans, ut illius codicis lectiones excerpti et ad me mitti curaret. Ille vero *Venetiis* negabat esse, qui provinciam illam aut bene gerere nosset, aut suscipere vellet. Nam sibi quidem otium deesse. Interim si quos enotarem singulares locos, de quibus consuli codicem *Venetum* vellem, se operam hactenus mihi daturum. Invitatus ego humanissimi viri hac pollicitatione, nisi ad eum exemplum editionis *Stephanicæ*, in quo locos difficiliore et præ aliis mendosos notaveram. Remisit hoc exemplum *Zanettius* suis annotationibus conscriptum, unde intelligens, quid lectionis loco quoque in codice *Veneto* esset, una intellexi quoque codicem illum, nisi mendosior etiam aliis est *Lysiæ* codicibus passim prostantibus per *Europæ* bibliothecas, nihilo profecto esse illis, neque emendatius exaratum, neque pleniorum. Factum sic est, ut in libello *Variantium Lectionum* codicem hunc *Venetum* pæne nusquam allegem, qui pæne nulli usui mihi fuerit. Vix enim semel aut bis paulo meliorem exhibuit lectionem vulgata, et contra plerumque fœdiores etiam corruptelas, quam

sunt in libris vulgatis. Plus profeci e codice Vindobonensi, quamquam non tantum, quantum speraveram a Nesseliano illectus indicio. Codicem hunc meam in gratiam totum a capite ad calcem cum editione Lysiae Marpurgensi a I. H. Maio curata contulit Gottlob Christian Storr, V. C. A. M. Stutgardiensis, ministerii Evangelici candidatus, juvenis ut sacrarum literarum, et earum imprimis, quas orientales appellant, præter vulgarem morem peritus, de quo constabit ex opusculis, quorum parat editionem, ad literaturam Syriacam pertinentibus, quæ opuscula ut quam primum ipsi proferre liceat, ex animo opto; ita mei tam amans, tam observans, tam studiosus, ut id unum pæne videatur arbitratus sibi datum negotii esse, ut modis quibus posset omnibus bene de me mereretur. Tanta fuit ejus erga me pietas, ut filii erga parentem vix major esse possit; neque facile recorder familiarium quemquam fuisse, qui hac laude eum superaret. Veruntamen ægerrime fero a juvene doctissimo, quod otium melius collocari poterat, pæne incassum id esse insumtum. Id quod ex iis schedis mihi constitit, quas Vindobona ad me misit, in quibus apertas quoque et manifestas librarii Græci halucinationes annotavit, sed eas tam crebras, et tam spurcas atque abnormes, ut fieri posse negem, ut usquam locorum alius exstet codex Græcus flagitiosius, atque hic Vindobonensis est, exaratus. Quem si Taylor perinde cognitum usu atque perspectum habuisset, atque ego habeo, profecto non affirmasset, codicem Vindobonensem *optimæ notæ* esse. Sed humanum est, de incompetis bene sperari, et magnifice prædicari. Ego equidem si præscissem futurum, ut illinc plus lolii, quam bonæ frugis colligeretur, profecto non commissem, ut optimo Storrio meo provinciam tam insuavem et tam infructuosam demandarem; quamquam ipse, ultra quam sibi expediret officiosus, hanc provinciam magis efflagitavit, quam ego imposui. Verum enim vero, quod sæpe usu venit, ut ex ingenti scoriarum acervo auri tamen micæ eruantur, ita mihi quoque licuit ex hac immani farragine portentosissimarum codicis Vindobonensis mendarum haud paucas eruere lectiones præstantissimas, ex alio nullo codice a quoquam annotatas: quas pæne omnes in Textum meum recepi. Haud raro quoque conjecturas meas ab eo confirmari, non sine gaudio deprehendi. Possem hic, tanti si facerem, satis prolixum contexere atque proponere indicem lectionum bonarum a me primo in Lysiam ex hoc codice Vindobonensi immissarum, longiorem etiam illis, quibus in sua ad Lysiam Præfatione exhibendis Taylor suam diligentiam in emendanda Græca Lysiae oratione demonstratam jactare voluisse videtur. Ego vero satis habui, ubi locorum Lysias e codice Vindobonensi a me emendatus esset, id in subjectis annotationibus statim, aut in libello lectionum mox inse-

cuturo indicare; ubi etiam reliquas codicis hujusdem lectiones representabo, quæ non meræ sint calami aberrationes. Egi equidem, id quod videtis lectores, quod potui; neque, quod in me situm esset, operæ studiique quicquam passus sum desiderari, quo consequeretur hoc, ut Lysiam vobis traderem mundio rem et emaculatior em, quam ante me lectus et in hominum manibus versatus esset. Consecutus omni ex parte si non sum id, quod contendebam, culpa careo. Fortuna defuit, non voluntas. Congratulemur nobis, hæc Lysiae fragmenta, quamvis miserrime contruncata, superesse; neque prorsus ejus omnia perisse. Fruamur his, quæ habemus, qualiacunque sunt, indolentes acerbæ sorti, quæ Lysiam fataliter oppressit, et quæ voluit codices ejus non nisi mendosissimos atque miserrime lacunosos ad nos pervenire; nisi si forte aut in Escurialensi bibliotheca mundiores atque pleniores Lysiae membranæ adhuc latent, aut in ea, quæ quondam Heidelbergensis erat, nunc Vaticana est, in qua aiunt, nescio quo auctore freti, servati codicem Lysiae orationes aliquot nondum editas tenentem: de quo quærere non vacavit; vel potius defuit quærendi opportunitas. Exit olim aliquando tempus, age enim solemur bene sperando clades nostras, quod tempus Græcas literas a contemptu vindicet, quo nunc apud Italos oppressæ jacent. Erunt, qui gazas veteris literaturæ tot in bibliothecis Italiæ, tamquam in monumentis vetustorum regum, sepultas eruant, illinc atque in lucem proferant. Bona id quidem fide, et procul jaectantia, a qua sum alienus, affirmare possum, opera mea factum esse, ut Lysias nunc prostet haud paulo, quam ante fuit, emendatior, atque dilucidior. Et erit adhuc magis, cum Latina mea Lysiacarum reliquiarum interpretatio prodierit, quæ vicem perpetui in Lysiam commentarii fungi poterit. Pristinam meam ad hunc oratorem animadversiones, jam anno 1757. editas, præne ne inspexi quidem nuper has novas conscribens. Quo factum esse interdum suspicor, ut ea prætermiserim, quæ malint nonnulli præterita non fuisse. Sed conferat antiqua cum novis, cui copia et volupe erit, et illinc repetat, si quæ haud pænitenda repererit. Mihi hac uti diligentia neque libuit, neque vacavit. Currente prelo haud raro observavi aut perperam a me scripta, quæ tolli ob rationes typographicas non possent, aut præterita alia, quæ addi festinatio operarum, aut spatiorum angustiae haud paterentur. Illa itaque retractatum, hæc suppletum ibo in illo, quem toties dico, libello Variantium Lectionum. Orationem Lysiae Funebrem, quæ in editione H. Stephani Lysiacarum agmen claudit, in Aldina autem, et Taylorana, nostraque statim a prima secunda est, cum codice Augustano contuli, illo, quem Demosthenicorum meorum quintum appellare soleo. Orationem in Philonem, quæ in editione Aldina postrema est, cum codice bibliothecæ regiae Parisinæ, n. 2914. signato, contulit

meos in usus Schweigheuserus meus, A. M., V. C., Strasburgi. v. Voluminis quarti horum oratorum calcem p. 136. Quas in libello variantium interdum cito schedas Brulartianas, de iis ibidem jam exposui. Quæ schedæ num sint eadem cum Groulartianis, a Tayloro passim laudatis, mihi certo non constat. Suspiciatus aliquando fui, codicem Lysiæ, cujus a se usurpati mentionem H. Stephanus in marginibus editionis suæ facit, eundem esse cum Coisliniano. Verum postmodum deprehendi Stephanici lectiones a lectionibus Coisliniani discrepare. Rursus in suspicionem veni, Stephanicum codicem esse eundem cum Vindobonensi. Id quod improbable non videbitur recordanti H. Stephanum in Italia atque Germania superiore multos per annos hæsisse, et bibliothecas cum Italicis Germanicas versasse. Verum horum quoque codicum lectiones, ut inter se passim locorum concinunt, ita rursus aliis in locis discordant. Decuerat utique Stephanum diligentius indicare, cujas fuisset ille codex Lysiæ, quo se usum ait fuisse. Argumenta orationi cuique Lysiæ præmissa Taylori sunt omnia; de quo nisi aliunde constaret, etsi ego nil admonerem, satis tamen auctorem dictio ipsa proderet. Animadversiones Taylori disputationibus scatent, præterquam quod caliginosæ sunt, ut conjectoris egeant, a re quoque, de qua agitur, alienissimis. Vanitas hæc est hominis copias literarum ostentantis, e multifaria multorum voluminum lectione, aut pervolutione certe, collectas. A quo morbo ego sum alienissimus, hoc strigosior, quo alii sunt obesiores. Res ipsæ sunt, per me licebit, bonæ, et exquisitæ adeo. Non tamen his nunc erat hic locus. Quid attinet e Dactyliotheccis gemmas ex ære cælatas, e Syntagmatibus Inscriptionum, ad quæ satis fuerat lectores ablegari, longos titulos repetere, unde nil discas, quod ad rem faciat, et pueros fugiat ludum literarium frequentantes. Commentarios in alium quemcunque auctorem si te juvet simili modo conscribere, volumina tot nullo negotio exaggeres, quot vel camelum fatigent. Ego vero meis in commentariis conscribendis hunc tenui modum, et hoc spectavi, ut aut sententias oratoris, sicubi viderentur tenebriosiores, admota face circumlocutionis illuminarem, aut mendas, ubi possem, pro modulo meo emendarem, aut saltim indicarem. Ad libellum Dionysii Halicarn. accedent Tayloranis et Marklandinis annotatis, una cum meis, variæ lectiones e codice Helmstadiensi, et annotationes I. Fr. Matthæi, V. C. ejusdem, cujus super Æschine oratore disputationem doctam et subtilem quarto horum oratorum volumine exhibui. Parat ille nunc discessum a nobis, iter longum et molestum intra paucos dies ingressurus, quod iter deus fortunet atque secundet. Moscoviam, ad Hyperboreos, accessit, ut in ludo publico, qui ibi est, humaniores literas profiteatur. Patriæ pæne succenseo, homines literatos, quibus ipsa posset uti, invitos

expellenti; quasi copia laboremus ingeniorum studiis scholasticis innutritorum. Nos vero, si qua re alia caremus, adolescentibus vel maxime caremus, Græce Latineque callentibus, et rei scholasticæ gerendæ deditis. — Venit adhuc in mentem editionum Lysiae superiori seculo in Germania proditarum, Hanoviensis, et, quæ illam recentavit, Marpurgensis. Verum præstat de illis tacere, quarum exigua aut potius nulla sit auctoritas. Unum hoc sufficiat a me commemoratum esse, Hanoviensem non referre fideliter exemplum Stephanicum, sed vitiosam et contaminatam esse conjecturis, seu Andreæ Schotti, seu Iodoci van der Heiden. Hæc ad Lysiam præfanti mihi post Taylorum, qui meliora quæque dudum occupavit, succurrebant, quæ ut, benevole lector, æqui bonique habeas, etiam atque etiam te rogo. Scripsi Lipsiæ d. 20. Martii 1772.

LYSIÆ VITA

A IOANNE TAYLORO CONSCRIPTA.

NATUS est Lysias eo tempore, quo res Atheniensium domi forisque, sive rerum gestarum gloriam, sive pacis ornamenta spectemus, ad summam quasi maturitatem erant perductæ.* Barbaris enim nuper terra marique profligatis, et universæ Græciæ libertate feliciter vindicata, ut nemo jam hostis superesset, nisi domi fuisset quærendus, populus Atheniensis, bellicæ quasi laudis satur et gloriæ armis partæ, præstantissima omnis memoriæ ingenia in acie fori atque in umbra Academicæ excolere cœpit. Tum fuit Thucydides et Xenopho, a quibus post Herodotum Historia commota est, ut auderet uberius, quam superiores, et ornatius dicere: Scenam illustrarunt Sophocles et Euripides, et in diverso genere Aristophanes et Menander, qui ceteris pene omnibus ejusdem artis auctoribus nomen abstulere: Tum primum Philosophia, in qua de rebus bonis et malis, deque hominum vita, moribus et officiis disputatur, inventa et exulta esse dicitur; quam idcirco Socrates auctor, de cælo, nam illa altera de Natura fuit antiquior, devocasse fertur. In hac denique urbe atque his temporibus primum se Eloquentia extulit, eadem pene tempestate et nata et perfecta; cum decem simul Oratores Athenis ætas una tulerit,† quorum ut diversa

* Diod. Sic. ad Olymp. LXXX. 2.

† Celeberrimi isti X-viri secundum ratem hoc ordine videntur esse collocandi. I. Antipho antiquissimus, qui floruit κατά τὰ Περσικά, Themistoclis, Aristidis etc. æqualis. II. Andocides natus Olymp. LXXXVIII. 1. III. Lysias Olymp. LXXX. 2. Unde corrigendus Plutarchus in vit. Andocidis, Ἄρχει δὲ αὐτῷ (i. e. Andocidi) τῆς γενέσεως Ὀλυμπιασῆς μὲν ἑβδομηκοντῆ ἡλικίᾳ, ἀρχαν δὲ Ἀθήνησι Θεαργενίδης. ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσι πέντε κατὰ τὴν ἑλικίαν. Quod verum est. IV. Isocrates Olymp. LXXXVI. 1. Iterum corrigo eundem Plutarchum, γενόμενος δὲ (i. e. Isocrates) κατά τὴν ἑλικίαν ἑκτῆς Ὀλυμπιάδος Λυσιμάχου Μυρρινουσίου δύο καὶ εἴκοσι ἔτεσι, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ἑπτὰ. Lysimachus eo anno summum Athenis Magistratum gessit, qui domo Myrrhinusis fortasse fuit, sed non novi eam con-

ditionem aut morem describendi Archontas. Sed ita describantur per me licet. Cui tamen connectuntur ista δύο καὶ εἴκοσι ἔτεσι? Nimirum ante vel post Λυσιμάχου excidit vox ἀρχοντας, et pro Μυρρινουσίου legendum est νεώτερος (quæ vox in MSS. compendiose describi solet) Λυσίου δύο καὶ εἴκοσι ἔτεσι etc. Plane ut Dionys. Halic. Ἰσοκράτης ὁ Ἀθηναῖος ἐγεννήθη μὲν ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοντῆς καὶ ἑκτῆς Ὀλυμπιάδος, ἀρχοντας Ἀθήνησι Λυσιμάχου. πέμπτω πρῶτον ἔπει τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, δευτέρῳ καὶ εἴκοσι ἔτεσι νεώτερος Λυσίου. V. Isæus, qui tempore belli Peloponnesiaci vixit et Demosthenem instituit. VI. Æschines, qui videtur in lucem fuisse susceptus circa Olymp. XCVII. Demosthene paucis annis major. VII. Lycurgus Platonis et Isocratis auditor, cujus inter Oratores Græcos H. Stephani suavissima et lectu dignissima, paucis tamen nota, exstat Oratio

virtus, nam inter se pares non fuerunt, summam pene laudem est consecuta, ita his extinctis, optimum illud genus eloquentiae studiumque dicendi sensim elanguit. Ad hæc Athenæ non solum Reip. prudenter institutæ, verum etiam cum moderatione administratæ gloria floruerunt, atque ad Jurisprudentiam Romanam condendam, quæ hisce temporibus XII. tabulis describi cœpit, consilium suum et auctoritatem largitæ, sapientiæ existimationem ad omnem memoriam propagarunt. Talem habuit nascendi conditionem Scriptor noster, qua nulla illustrior aut gloriosior excogitari possit.

Natus est Athenis* Olymp. LXXX, 2. Philocle Archonte. † Patrem habuit Cephalum‡ Syracusanum Lysanice F. Cephalo N.,

unica. VIII. Demosthenes natus Olymp. XCIX. 4. IX. Hyperides, ab Antipatro, eodem fere tempore, quo Demosthenes, interemptus. X. Denique Dinarchus natus Olymp. CIV. 4. Horum omnium Scriptorum, si Hyperidem excipiamus, quædam ad nostram ætatem pervenere: Eorum vitas literis complexi sunt Plutarchus, et Photius in Bibliotheca. Nonnullorum etiam Philostratus. *Γένει μὲν καὶ ἀξιώματι, πολλὸν προύχοντος ἀπάντων, παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ Δεκάδι παραβάλλοις ἄν.* Lucian. in Scythia. Leont. Antholog. III. 30.

Χειρῶν τοῦδε σῆμα, τὴν ἔστροφεν Ἀττικῆς ἄρουρα εἰκόνα ῥητήσαν τῆς προτέρας Δεκάδος.

Erat enim alia et posterior Decas, de qua consulendus Suid. in Νικίστρατος, Philostrat. in Herode, Auctor Prolegom. in Aristidem.

* Athenis certe. Cephalus Pater Athenas conminigrat Syracusis XXX. annos ante decessum. Lysias c. Eratosth. Lysias quindecennis profectus est Thurios, patre jam emortuo. Plutarch. in vit. Atque ita Suidas, qui Lysiam Syracusanum vocat (i. e. genere, et majoribus), ait tamen, *ἐτίχθη δ' ἐν Ἀθήναις.* Justinus quidem et genere et natalibus Siculum esse velit. * Lysias, Syracusanus Orator, exsul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos in auxilium patrie communis eloquentiæ misit.' V. 9. et Timæus quoque teste Cicerone. 'Catonis autem orationes non minus multæ fere sunt, quam Attici Lysiae — est enim Atticus: quoniam certe Athenis est et natus et mortuus, et functus omni civium munere, quanquam Timæus cum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas.' De Cl. Oratoribus. Eadem fere, quæ Justinus, habet Orosius II. 27. 'Lysias quoque Syracusanus Orator, quasi in auxilium urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, quingentos milites cum stipendiis suis misit.'

† Male Plutarchus (sive auctor recen-

tior, qui Plutarchi nomine abutitur), in Lysia: *γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλείους ἀρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀδοποκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιαδος.* Corrige: *τοῦ μετὰ Φρασικλείδην κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀδοποκοστῆς Ὀλυμπιάδος.* Vid. Palmer. Exercit. Meurs. Attic. Lect. IV, 14. Ions. de Script. Hist. Philosph.

‡ Præter Cephalum Syracusanum Lysiae patrem fuit Rhetor quidam Atheniensis, Cephalus nomine, quos inter se commiserunt imperitiores. Rhetorem hunc et demagogum memorat Dinarch. c. Demosthenem, Andocides sæpius, Athenæus, Suid. in V. Tzetz. Add. Aristoph. Eccles. 248. σχ. ad loc. et ad 253. Fragmentum Cephalo profertur Suid. et Etym. M. in v. Ἐπιτιμία. Ioannes Tzetzes homo bonus Chiliad. V. 34. confundit Cephalum Syracusanum Lysiae patrem, Cephalum Rhetorem, de quo in presenti agimus, et Cephalum τὸν παλαιὸν (ut eum vocat Æschines c. Ctesiph. [ζ. ζέ.] qui Aristophontem adversarium nactus est περὶ καλοῦ βίου, uter sc. melius ætatem egerit, ubi Cephalus laudi duxit se nunquam fugεῖν, Aristopho se sæpe fugεῖν, ἀλάναις nunquam. Eam contentionem ita exprimit Æsch. l. c. Ἐτόλμα δ' ἐν ἱμῶν ποτὲ σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκείνος ὁ Ἀλκιδεύς, λέγων, ἔτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἔβδομήκοντα καὶ πέντε· ἀλλ' οὐχὶ ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκείνος ὁ δοκῶν ἀμετακίνητος γενέσθαι, ἀλλ' οὐκ ἔτι ἐπὶ τῆς ἐπιτιμίας ἐπιτιμῶντος, λέγων, ἔτι πλείοντα πικρῶτα γραφὰς ἐπὶ νόμοις, οὐδὲ μὲν πώποτε γραφῶν πέφευγε παρανόμων: καλῶς (οἶμαι) σεμνυνόμενος. Ita Tzetzes:

Ὅστις [Cephalus] καὶ δικαιοτάτος ἀπάντων ἦν ῥητόρων,
 Παρ' ὅλην τοῦτου τὴν ζωὴν μὴ σχὰν κατηγάρηται.
 Ἀριστοφῶν δὲ τοῦμπαλιῦ ἐπῆρχε τῆς Κεφαλαίας.
 Ἀεὶ κατηγορούμενος, νικῶν δὲ ἀντιδίκους.

Neque solum hunc errorem erravit Tzet-

qui Athenas commigravit sive Periclis, ejus hospitio et familiaritate utebatur, suasu, ut auctor est Lysias in oratione *contra Eratosthenem*, sive civium injuria, cum adversis Reip. temporibus Gelo Syracusarum imperium capessivit. Is est Cephalus, apud quem domi habebantur a Socrate immortales isti sermones de Republica, quos Plato literis mandavit: ubi de hominis ætate, gratia, moribus et opulentia satis multa memorantur. Καὶ ἐγὼ ἀγασθεῖς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα, βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν, ἐκίνουν· καὶ εἶπον, ὦ Κέφαλε, οἴμαι σου τοὺς πολλοὺς, ἔταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἠγεῖσθαι σε ῥαδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. — μέσος τις (inquit Cephalus) γέγονα χρηματιστῆς τοῦ τε πάππου καὶ τοῦ πατρός· ὁ μὲν γὰρ πάππος τε καὶ ὁμίονμος ἐμοὶ, σχεδὸν τι ὕσιν ἐγὼ νῦν οὐσίαν κέκτημαι παραλαβὼν, πολλὰκις τοσαύτην ἐποίησε· Ἀύσανιός δὲ ὁ πατήρ ἔτι ἐλάττω αὐτὴν ἐποίησε τῆς νῦν οὐσης· ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ ἐὰν μὴ ἐλάττω καταλίπω τουτοισίν, ἀλλὰ βραχεῖ γέ τιμι πλείω ἢ παρέλαβον.* Neque bonum senem fefellit fortasse aut cura aut augurium. Nam in vexatione Inquilinorum sub XXX-viris, ubi in ditissimum quemque sævitum est maxime, Lysias cum fratre Polemarcho primus avarissimæ istius conjurationis crudelitatem est expertus.

Olymp. LXXXIV, 1. cum Athenienses coloniam Sybarin (i. e. Thurios) deducendam censuerunt, Lysias XV. annos natus cum Polemarcho fratre natu maximo, juxta Photium et Plutarchum, vel una cum duobus fratribus juxta Dionysium (qui erant Polemarchus et Euthydemus)† colonis se adjunxit, hereditatis adeundæ gratia. Sybaris, urbs ubere gleba, et civium‡ mollitie ad proverbii infa-

ctes, verum etiam Cephalum Lysiae P. Thuriū appellat, et Oratoris N. res gestas in debellandis XXX. tyrannis Cephalo assignat.

* Plat. de Rep. l. 1. Eadem pene de Cephalo divitiis habet Tzetzes, futilis ille anctor et recens, verum mutuatus procul dubio a bonæ fidei scriptoribus, πλούτω κορυῶν καὶ εὐγενῆς. Chiliad. V. 34. Cic. 4. ad Attic. 15. 'Feci idem, quod in πολιτείᾳ Deus ille noster Plato. Cum in Piræum Socrates venisset ad Cephalum locupletem et festivum senem, quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere, neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinisset.' Dum hæc commentabar, et de Periclis etiam fortunæ inaudiveram (πλούτου δὲ καὶ γένους προσόντος αὐτῷ λαμπροῦ. Plutarch. in Pericle. Περικλῆς, ἀνὴρ γένει καὶ πλεῖτον, πρὸς δὲ τοῦτοις δεινότητι λόγου—προέχων. Diod. Sic.) nescivi, quo pacto

accipienda erant verba Pseudo-Plutarchi de Lysia, quæ cum solertiore lectore relinquam. Λυσίας υἱὸς ἦν Κεφάλου — μεταναστάντος εἰς Ἀθήνας ἐπιθυμία τε τῆς πόλεως, καὶ Περικλέους τοῦ Ξανθίππου πείσαντος αὐτὸν φίλον ὄντα καὶ ξένον; πλούτῳ διαφέροντα. Quid? anne dicemus αὐτὸν διαφέροντα? an Περικλέους διαφέροντος? andeni- que connectemus cum initio, Λυσίας υἱὸς Κεφάλου — πλούτῳ διαφέρων? Ita semper fere accidere solet, ut istiusmodi sorices non solum ἀπιστορησίᾳ, verum etiam aliquando indiligenti oratione, atque sermone ἀνακολουθία seipsos proderent.

† Eἰς Θουρίους πλείων σὺν ἀδελφοῖς δυσί. Dionys. Halic. Eorum nomina conservavit Plato l. c. Polemarchus natu maximus, et Euthydemas alter, non Εὐδίδος αὐτὸς Εὐδιδίμος, ut habent Codd. Plutarchi, aut Εὐδημος, ut conjecit Xylander. Tertium igitur, Brachyllum, ex eod. Plutarcho, non habuit, si qua fides in Dionysii verbis. Quo tamen errore ductus hunc quoque fratrem adjecit Plutarchus fortasse in sequentibus expediemus.

‡ Plura Athenæus l. 12. ubi incredibilia

miam notissima, in ea parte magnæ Græciæ,* seu Italiæ ad sinum Tarentinum sita est, quæ ad Austrum spectat et occidentem solem. Per ea tempora, quibus Græcorum et Atheniensium maxime Fortuna se extulerat, populus ille diutino bello fractus, atque etiam Crotoniatarum vi patrii sedibus ejectus, legatos in Græciam ad auxilium implorandum misit. Ostentabant agri fertilitatem, commoditatem loci, quem in Siciliam navigantibus vel portum amicissimum, vel, si alii occuparent, stationem infensissimam paratum esse dicebant: ad hæc agrorum communionem, civitatem ceteraque ejusmodi præmia pollicebantur. Inflammabant hæc maxime animos Atheniensium, qui jam ad† provincias constituendas et Siciliam alludere cœperunt. Cum igitur a Spartanis, ad quos primos legati Sybaritarum venerant, nihil impetrari potuit, Athenienses Periclis suasu et auctoritate decem triremes patrio more auxilio Sybaritis misere. Ei classi præfuere Lampos et Xenocritus. Coloniae deducendæ socii fuere tum alii viri et eruditione et rebus gestis illustres, tum etiam Herodotus et Thucydides. Ille ob diuturnam in istis regionibus mansionem, ubi etiam et historiam condidisse a Plinio‡ fertur, Herodotus Thurius appellari solebat. Nam et præmium illud, quod ejus historiæ præponitur, a Plesirrhoo, uti quibusdam videtur, concinnatum, aliter apud alios legitur. Τὸ δὲ, Ἡροδότου Ἀλικαρνεσσέως ἱστορίης ἀπόδειξις ἦδε, πολλοὶ μεταγράφουσιν, Ἡροδότου Θουρίου. Plutarcli. de Exsilio. Ita in suo Cod. repnarrantur de istius populi luxuria.

* Vocabatur etiam Major et Exotica Græcia. Vid. Scalig. et Dacier ad Festum.

† Καὶ Χερρόνησον καὶ Νάξον καὶ τὴν Εὐβοίαν εἶχμεν πλείστας δ' ἀποικίας ἐν τοῖς χρόνοις τοῖτοις ἀπεστεύλαμεν. Aesch. de euent. legal. [§. vñ.]

‡ Περίκλῆς Μενίππῳ μὲν ἐχρήτητο πρὸς τὰς στρατηγίας, δι' Ἐφιάλτου δὲ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου Βουλὴν ἐταπεινώσασε, διὰ δὲ Χαρίνου τὴ κατὰ Μεγαρίαν ἐκύρωσε φήμισμα, Λάμπωνα δὲ Θουρίαν οἰκιστὴν ἐξέσωμεψεν. Plutarcli. Reipubl. gerand. præcept. Eoisdem coloniae duces memorat Diod. Sic. Unde mirari subit, cur idem Plutarchus in Nicia Hieroni assignet istius expeditionis auctoritatem. Ἰέραν ἦν, ἀγῆς τετραμμένους ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦ Νικίου — προσποιοῦμενος δ' υἱὸς εἶναι Διονυσίου τοῦ Χαλκοῦ προσαγορευθέντος, οὗ καὶ ποιήματα σώζεται, καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν ἡγεμὼν γενόμενος, ἔκτισε Θουρίου. Lamponi δὲκάτῳ αὐτῷ assignat σχ. Aristoph. Av. 521. Ὁ δὲ Λάμπων Σύτης ἦν καὶ χρησμολόγος, καὶ μάντις, ὃ καὶ τὴν εἰς Σίβαριν τῶν Ἀθηναίων ἀποικίαν ἔνεικε περιήπτουσι, αὐτὸν ἠγήσασθαι λέγοντες Ἀθηναίων ὄντα σὺν ἄλλοις δέκα. Ab hoc ergo duce et divinatore Colonia ista in diverbium et jocum abiit. Aristoph. Nub. 331.

Θουριμάντις, ἰατροτέχνας, σφραγιδοῦχαεργουμένητας.

σχ. ad loc. Θουριμάντις, οὗ τοῦς ἀπὸ Θουρίου μάντις, ἀλλὰ τοῦς εἰς Θουρίον πεμφθέντας, ἐπὶ τὸ κτίσθαι αὐτήν. ἐπέμψθησαν δὲ δέκα ἄνδρες· ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν. et quæ sequuntur. Adjunge Suidam in Θουριμάντις· Ἐξέπεμφαν δὲ εἰς κτίσιν τὴν αὐτοῦ Ἀθηναῖοι δέκα ἄνδρας, ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ἐξηγητῆς ἐστόμενος τῆς κτίσεως τῆς πόλεως. Ita omnes libri Suidæ MSS. X. sc. duces, totidemque naves, ut mos erat Atheniensibus diuturno usu consecratus, qui denario numero pro ratione tribum Rempublicam universam domi forisque administrabant. Inficeti editores Suidæ, qui pro δέκα, μυρίους excudi curarant! atque inficetis etiam ille, qui tam violentam mutationem calculo suo comprobare potuit!

§ 'Tanta ebori auctoritas erat Urbis nostræ trecentesimo decimo anno, tunc enim auctor ille [Herodotus] historiam eam condidit Thuriis in Italia.' Plin. XII. 4. Cum constituebantur X-viri legum ferendarum, annus urbis agebatur CCC. Evenit autem, ut eod. fere tempore Romanorum legati Athenas proficiscerentur νομοθεσίας χάριν, et Athenienses dictam Coloniam in Italiam deducerent.

perit Aristoteles, cujus Rhetor. III. 9. hæc sunt verba: Ἡ μὲν οὖν εἰρημένη λέξις ἡ ἀρχαία ἐστίν. Ἡροδότου Θουρίου ἢ ἱστορίας ἀπόδειξις.* His omnibus accedit testimonium Inscriptionis, quam in honorem Herodoti elaboratam conservarunt Stephanus Byzantinus et σχ. Aristoph. Nub. 331.

Ἡροδότου Ἀλέξω κρύπτει κόνις ἢδε θανόντα,
 Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν,
 Δωριέων πάτρης βλάστον ἄπο τὸν γὰρ ἄπλητον
 Μῶμον ὑπεκπροφυγῶν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Thucydidem vero Sybarin profectum, et quidem cum Xenocrito, qui dux erat Coloniae, declarat vita Thucydidis ἀδέσποτος, ejus Editt. præfigi solita. Una quoque cum his profectum fuisse Empedoclem philosophum tradit Laertius in Vita. His igitur aliisque colonis in Italiam appulsis, et nova urbe condita, quæ a fonte vicino Thurium vocabatur, primo civitas discordiis agitari, mox discessione facta obtruncari veteres Sybaritæ, et summa rerum potiri, quos auxilio contra populum finitimum nuper accessiverant. Ex eo tempore Urbs non Ἀττικίζειν modo cæpit, sed Attica tota facta est. Populum in tot Tribus distinxerunt novi hospites, in quot domi se fuisse distinctos meminere: Tum primum galeata Pallade, Atheniensium ritu, signari æs Thuriorum, ceterisque istius populi institutis et disciplina administrari nova Resp.

Ab Olympiadis LXXXIV, 1., qui erat Lysia ætatis XVI., usque ad XCII, 1. annos omnino XXXII., † in Colonia commorabatur Lysias, πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ (verba sunt Auctorum fere omnium, qui ejus vitam literis consignerunt) κτησάμενός τε οἰκίαν καὶ κλήρου λαχῶν, (Plutarch.) quæ postrema verba fortasse emendari debent ex Photio οἰκίαν τε κατασκευασάμενος καὶ κλήρου τυχῶν. In ea mansione Tysiam ‡ et Niciam Rhetoras Syracusanos audivit. Atheniensium vero rebus in Sicilia fractis,

* Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεὺς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινοῦσαι τῆς εἰς Θουρίου ἀποικίας. Strab. l. 14. Εἴ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοσωτὴς δοκεῖ. Julian. in Epist.

† Recte Suidas, Ἐκπεσῶν ἐκεῖθεν ἐπ' Ἀττικισμῷ ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθήνας. ἄγων ἔτος μζ'. Unde mirum, quo computo usus sit Plutarchus, καμὲν διέμεινε — ἔτη ἐξήκοντα τρία. Longissime certe a vero. ἐξήκοντα legit Plutarchi Cod. Petav. τριάκοντα τρία Meursius, et Palmer. denique ἄστε τριάκοντα. Fortasse bonus scriptor, qui Plutarchum similavit, dum in Fastis duos Callias habuit descriptos, unum, qui Præturam gessit Olymp. XCII, 1. (quo tempore rediit Lysias) alterum, qui C, 4. ad hanc usque supputationem prorogavit, adeoque plures annos Auctori nostro assignavit a Thuriis revertenti, quam vi-

vendo erat assecutus. Verum et erravit quoque in nomine Archontis: Nam dixisse non debuit, ἕως Κλεάρχου τοῦ Ἀθήνησιν ἀρχοντος, sed ἕως Κλεοκρίτου, ut modo dicturus est, ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεοκρίτου ἀρχοντος.

‡ Priusquam Eloquentiæ lacertos suos movit Athenis, quibus tamen et nata et alta esse creditur, Artis istius, sive Rhetoricæ proprie dictæ, præcepta invenisse et excoluisse dicantur Siculi, quorum princeps exstitit Empedocles, deinde floruit Corax Hieronis T. familiaris, circa Olymp. LXXVI. Cujus discipulus Tysias esse fertur. De his atque artis origine plura, sed fabulis similia, habet Scholiastes Hermogenis in initio. Ἄϊτ Aristoteles, cum, sublatis in Sicilia Tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repetere-

et cum dominorum fortunis commutatis etiam Thuriorum animis, Lysias Ἀττικίζειν αἰτίαθειε solum vertere cogitur, et domum revertitur Callia Archonte, Olymp. XCII, 1.*

Quo tempore Athenas rediit Lysias, magna rerum commutatio atque inclinatio fortunæ consecuta est istam Remp. Duodecimo enim anno post coloniam Sybarin deductam, Olymp. sc. LXXXVII, 1. ortum est bellum inter duos potentissimos populos, qui omnem Græciam in suas partes trahebant, Lacedæmonios et Athenienses; omnium fere, quæ in superiorum temporum monumentis produntur memoriæ, et diuturnitate temporis gravissimum, et fortunæ varietate celeberrimum. Bellum illud, quamvis illustres utrinque habuit eventus, maximeque dignos stylo istius Scriptoris, qui res in eo gestas oratione complexus est, nihil tamen habuit exitu memorabilius atque insolita victoriæ facie. Lacedæmonii enim, accessis penitus Atheniensium viribus, atque æmula urbe potiti, moderatius quidem, quam solent victores, in debellatam gentem consuluerunt; atque iram diuturnis inimicitiis et contentionibus accensam terminabant, non in Urbe diruta aut servitute Civium, sed in operam dando factiosis quibusdam Civibus, qui Reip. pertæsi imperium a Populo ad Paucos translatum voluerunt. Ea fuit dominatio XXX-Tyrannorum. In quo gloriæ et imperii flexu nihil populo libertatis avidissimo calamitosius accidere potuit, quam videre se imperiosius a suis civibus tractari, quam ceteri solent ab hoste irritato. Sed hanc Reip. commutationem præcesserat etiam altera, bello nondum confecto, Olymp. sc. XCII, 1. ubi Reip. summa penes CCCC-viros aliquandiu constitit. Quoniam autem in altera Reip. inclinatione Lysias domum a Colonia rediit, et notior ex illo tempore esse cœpit, in altera vero a nemine Civium calamitate superabatur; et cum plurima in ejus orationibus contineantur, quæ ad utramque tempestatem Reip. spectant, ideo necessarium duxi memoriam istorum temporum paulo altius repetere.

Belli Peloponnesiaci anno XVII. Athenienses Syracusanis bellum

rentur, tum primum (quod esset acuta illa gens et controversa natura) artem et præcepta Siculos, Coracem et Tisiam, conscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere? Cic. Brut. 46. Add. Dionys. Halic. in Isoc. Cic. 1. de Orat. 91. 2. de Invent. 6. Quintil. II. 16, 17. III. 1. Marcian. Capell. l. 5. Ammian. Marcellin. XXX. 4. Quis autem fuerit Nicias Rhetor, quem audit Noster, quæro hodie qui respondeat. Nam de eo apud omnes auctores præter eos, qui contexuerunt vitam Lysiae, altissimum est silentium.

* Εξέπεσε μετ' ἄλλων τριῶν, ait Plutarch.

atque idem fere Photius, Ἀττικίζειν αἰτίαθειε μετ' ἐτέρων τριῶν ἐξέπεσε τῆς πατρίδος. Rectius Dionysius, στασιάζαντος τοῦ δήμου, ἐκπίπτεται σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀττικισμὸν ἐγληθεῖσι. Quanquam interea suspicor Plutarchum, qui Lysiae tres fratres numerat, Polemarchum, Vadidum et Brachyllum (licet non diserte ab eo dicantur una Italiam navigasse, immo cum fratre uno Polemarcho, quod tamen verum non est, Lysias se ad Thurios contulisse ab hoc scriptore dicitur) scripsisse potius ἐξέπεσε μετ' ἀδελφῶν τριῶν. Adeo quidam sunt scriptores, quos etiam contra propriam fidem et auctoritatem liquido emendare possis.

indixerunt.* Factum est id potissimum consilio atque auctoritate Alcibiadis, ad quod gerendum ipse dux electus est cum duobus collegis, Nicia et Lamacho. Vix in Siciliam pervenit, cum nuncijs ei cum nave Salamina a magistratu missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret. Nam priusquam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui Athenis erant, dejicerentur, quod non ad privatam rem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur, et in Alcibiadem, quia ceteris major erat et potentior, ideoque suspectior, convenire. Insimulabatur præterea Cereris mysteria in domo sua fecisse, quod nefas erat more Atheniensium. Revocatus igitur a bello ad iudicium, cum in magna spe esset provinciæ bene administrandæ, postquam aliquantulum itineris confecisset, clam se a custodibus subduxit, et primum Elidem, deinde Lacedæmonem venit. Magnum ea res Atheniensium fortunis detrimentum attulit, cum intelligerent eundem hominem et prodesse plurimum et obesse Reip. potuisse. Ejus enim consilio Lacedæmonii Syracusanis, Gylippo duce, auxilium decernunt; et Athenienses ibidem bellum per triennium cupidius, quam feliciter gerentes, cum Lamacho et Nicia ducibus atque etiam Demosthene, qui ei bello cum imperio successit, ad interitum profligarunt. Ejusdem opera Ioniam et tributarias Atheniensium civitates in Asia ad defectionem sollicitarunt, pacem cum Dario rege Persarum fecerunt, et Decelea oppido in Attica capto, præsidioque ibi posito, urbem in obsidione tenuerunt.†

Lacedæmonii interea, sive ingenio Alcibiadis versatili diffisi, sive Agidis consilio ducti, apud quem Alcibiadis virtus et res bene gestæ plus invidiæ, quam gratiæ contraxerant (accedebat etiam uxoris infamia, quam Alcibiades adulterio cognoverat), tempus hominem interficiendi quærere instituunt: Ille cognita re ad Tissaphernem præfectum Darii regis clam aufugit: cui cum se celeriter et officii comitate et oris gratia insinuasset, mox commentus Lacedæmonius maligne præbere suadet, docens "minime utile esse Darii rebus, unius civitatis opes nimis crescere, ne confecto bello statim ei cum victoribus esset dimicandum." Ubi hanc operam civibus suis præstitit, mox de reditu in patriam cogitare cœpit.

Erat hoc tempore Pisander Prætor Atheniensium apud Samum cum exercitu. Cum eo Alcibiades per internuncios colloquitur. Monet eum "immoderatæ civium licentiæ crudelitatisque erga eos, qui multum in imperiis magistratibusque versati plurimum gratia et auctoritate ceteros antecellebant:" (Erat autem Pisander eodem,

* Vid. Thueyd. l. 6. Diodor. Justin. cessere anni DCCLX. Diod. Sic. l. 13. init.
 † Lys. p. 237. Edit. Tayl. Isoer. de Bigis. Thueyd. Nep. et Plutach. in Alcibiad.

quo Alcibiades, animo, populique potentiam imminui cupiebat.) Conqueritur “per invidiam multorum se fuisse, indicta causa, absentem capitis damnatum, publicatis bonis, omniumque sacerdotum religionibus devotum; ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum in pila lapidea incisum esse positum in publico: regis amicitiam suamque operam pollicetur; negat tamen se id conciliare posse, nisi imperium a Populo, qui eum exagitassent, ad Optimates translatum foret.” Alcibiades, quanquam non plurimam spem in Optimatum animis habebat, tamen arbitrabatur fore, id quod postea accidit, ut, discordia inter ordines civitatis facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. Pisander itaque domum delatus populum aggreditur, cui jam imminentis belli periculi major erat timor, quam dignitatis cura. Cui quum suasisset, ut sua voluntate abrogaretur imperium, domi post se reliquit ex suo numero quosdam,* qui de Rep. ordinanda interea consulerent, atque ad Tissaphernem, ut de Regis amicitia ageretur, contendit.

Ex hisce initiis crevit Oligarchia, de qua agimus, ab Imp.,† qui Asiæ oram maritimam cum classe tenebant, primo agitata, atque eodem tempore in civitates ceteras, quæ imperio P. Atheniensis parebant, insinuata, quas ad eandem Reip. formam recipiendam sollicitaverunt. Alcibiades interea, sive res parum ei ex consilio cessit (Pisander enim magis id egit, ut imminueretur populi auctoritas, quam ut revocaretur Alcibiades), sive nondum ad mentem satis commota esset Resp., ita egit cum præfecto Regis, ut, cum ad eum legati novæ Tyrannidis venissent, nihil minus, quam amicitia Regis, videretur fuisse expectandum.

Nihilo secius Pisander id, quod instituerat, perfecisse decrevit. Domum reversus vere novo paulo ante annum exeuntem id procuratum a suis deprehendit, ut non plures, quam quinque hominum millia ad Reip. administrationem admitterentur.‡ Ejus autem interventu constituti sunt X-viri Reip. ordinandæ cum summa potestate, quos vocarent Συγγραφεύς.§ Qui ad dictum diem ad populum referrent, qua potissimum ratione Resp. optime administrari posse videretur. Ubi advenit dies, concione habita, populum rogarunt, ut “cuius Atheniensium liceret sententiam quamcunque vellet exponere, atque ut id impune facere liceret.” Eoque aditu ad Tyrannidem patefacto, omni metu vacui sententiam dixerunt in hunc modum: “Antiquandam esse pristinam Magistratum in urbe rationem: non esse stipendia nisi militibus persolvenda: eligendos esse a Concionis Præsidibus V-viros, a quibus Centum alios esse

* Hi nominabantur *εταῖροι*. Vid. Thucyd. VIII. 48, 65. Lysiam, p. 207. ed. Tayl.

† N. p. 206. Eratosthenes ἐπὶ τῶν τετρακοσίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὀλιγαρχίαν καθιστάς. Thucyd. VIII. 48. καὶ ἐκινήθη

πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ ταῦτο καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐνταῦθεν ὕστερον.

‡ Lys. p. 362. Thucyd. VIII. 65.

§ Lys. p. 215. Harpocr. in V. et Valles. ad loc. Thucyd. VIII. 67. Iidem vocantur *πρόβουλοι*.

protinus designandos, qui singuli ternos sibi cooptantes imperii summam administrarent cum summa potestate.”* Ita commutata est Resp., soluta populi auctoritate, et ab his CCCC-viris tractari cœpit.

Imperium hoc modo constitutum administrarunt homines diversissimis studiis, et vitæ genere et instituto longe inter se ipsos dissimili. Ex horum numero erant XXX. † illi viri, quorum crudelitatem VIII. post anno iterum expertæ sunt Athenæ. Erant etiam moderati nonnulli, quos non dominandi lubido, sed patriæ communis amor, ne penitus deleteretur civitas, siquid suo consilio efficere possent, ad imperii societatem invitavit. Οὐ μοι δοκεῖ χρῆναι ὀργίζεσθαι ὑμᾶς τῷ ὀνόματι τῷ τῶν τετρακοσίων, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ἐνίων. οἱ μὲν γὰρ ἐπιβουλεύσαντες ἦσαν αὐτῶν, οἱ δ' ἵνα μήτε τὴν πόλιν μηδὲν κακὸν ἐργάσαιντο, μήδ' ὑμῶν μηδένα, ἀλλ' εὖνοι ὄντες εἰσηλθον εἰς τὸ βουλευτήριον. Lysias p. 357. Nonnullos excitavit suorum civium invidia, qui potentiosem quemque eo in majori suspicione habere consuecebant; nonnullos Alcibiadis gratia et misericordia; nonnullos ejusdem odium et inimicitiae.

Fuit in hoc numero Phrynichus. ‡ Erant ei cum Alcibiade veteres inimicitiarum causæ; quapropter cum ea res olim in classe agi cœpta est, obnixè operam dedit, ne quid in gratiam Alcibiadis meditarentur. § A quo consilio destitutus totam rem Astyocho, Lacedæmoniorum classi Præfecto, per nuncios aperit, ceteraque egit multa, ad consilia, quæ tunc capiebantur, impedienda. || Unde Pisandri opera imperium, quod in classe habuit, deponere coactus est. Constituta autem tyrannide, quæ Alcibiadi minus favere videbatur, nemini aut opera aut consilio cessit in dominatione adjuvanda. ¶ Ea cum esset apud suos gratia et auctoritate, ubi importuna Quadringentorum crudelitas et dominatio tædio civibus esse cœpit, neque eorundem auctoritas aliunde confirmari posse videbatur, nisi a Lacedæmonii adjuvaretur; ad Spartam mittitur cum Antiphonæ aliisque pacem quibusvis demum conditionibus cum ea civitate facturus. Domum autem re infecta reversus mane in foro a Thrasybulo Calydonio et Apollodoro Megarensi percutitur, quos ob merita in populum Athenienses ideo recuperata civitate decreto publico in Civium numerum retulere.*

* Ἐλθόντας δὲ αὐτοὺς τετρακοσίους ὄντας ἐς τὸ βουλευτήριον ἄρχειν, ὅση ἂν ἄριστα γινώσκασιν αὐτοκράτορας. Thucyd. VIII. 67.

† Lys. p. 260. οἱ τριάκοντα — οἱ αὐτοὶ ἦσαν ἅπαντες τῶν τετρακοσίων τῶν φευγόντων.

‡ Οὐ Φρύνιχος μὲν καὶ Πείσανδρος καὶ οἱ μετ' ἐκείνων δημαγωγοί, ἐπειδὴ πολλὰ εἰς ὑμᾶς ἐξήμαρτον, τὰς περὶ τούτων δεισαντες τιμαρίας, τὴν προτέραν ὀλιγαρχίαν (sc. τῶν ὀ.) κατέστησαν; Lys. p. 421. Thucyd. l. 8.

§ Plutarch. in Alcib. Thucyd. VIII. 48.

|| Thucyd. VIII. 50. Suid. in Φρύνιχου

πάλαισμα. Polyæn. III. 6. Plutarch. in Alcib.

¶ Παρέσχε δὲ καὶ Φρύνιχος ἑαυτὸν πάντων διαφερόντως παρδουμάτατον ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν, δεδιὼς τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ ἐπιστάμενος εἰδὸτα αὐτὸν ὅσα ἐν τῇ Σάμῳ πρὸς τὸν Ἀστυόχον ἐσπραξε, νομίζαν ὅτι ἂν ἄποτε αὐτὸν κατὰ τὸ εἶδος ὑπ' ὀλιγαρχίας κατελθεῖν πολλὸ δὲ πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδὴ περ ὑπέστη, φερεγγυώτατος ἐφάνη. Thucyd. VIII. 68.

** Lys. p. 258. et 134. De cæde Phrynichi convenit inter omnes. De modo

Huic Antiphonta et Archeptolemum libens adjungo, quia populus, vindicata libertate, in eadem causa pariter adjunxerunt. Antipho* Sophili F. Rhamnusius totum illud, quod Pisander manu gessit, primus consilio instruxit. Cum facundia ceteros anteiret, ideoque populo formidolosior fuit, nunquam ipse in concione dixit, aut coram Judice causam alicujus egit, dicturos tamen multum et rerum usu et consilio suo adjuvit.† Erant his cum Theramene, homine lubrici ingenii atque ad omnem Reip. fortunam composito, veteris amicitiae rationes: Quorum opera ubi Theramenes Remp. oppresserat, rursus, restituta libertate, Reip. auctoritate usus est idem ad eorum internecionem, suamque impunitatem.‡ Tum demum Antipho ad causam pro se dicendam adactus graviter et luculentissime pro capite peroravit.§ Sententiam,|| qua damnatus est uterque, conservavit Cæcilius apud Plutarchum in Antiphontis vita.

In eadem conjuratione erant Aristarchus et Alexicles; mortis genere, cum continuebat novum et insolitum sive justitiae sive severitatis exemplum, illustrissimi. Interfecto Phrynicho et tumultu de percussoribus nato, populus scivit, ut " de Phrynicho haberetur

disputatur. Paulo enim aliter atque nos-
ter historiam exponit Thucyd. VIII. 92.
et Plutarch. in Alcib. aliter Lycurg. c.
Leocr. Edit. Steph. p. 164. qui eandem
factam fuisse scribit: *νύκτωρ παρὰ τὴν κρή-
νην τὴν ἐν τοῖς Οἰσίοις ὑπὸ Ἀπολλοδώρου καὶ
Θρασυβούλου.* Thucydides ὑπὸ τινὸς τῶν
περιπόλων, qui idcirco erat e Juventute
Attica, quod verum esse non potuit, cum
Lysias provocat ad Acta publica, quæ i-
ustus facinorosi socios civitate donavit,
Apolloporum et Thrasybulum. Plutar-
chus cum Thucydide fere consentit. Ἔσπε-
ρον μέντοι τὸν Φρύνιχον ἐνδὲ τῶν περιπόλων
Ἐρμῶνος ἐν ἀγορᾷ πατάξαντος ἐγγχειρίθην καὶ
διαφθείραντος, εἰ Ἀθηναῖοι δίκης γενόμενης τοῦ
μὲν Φρύνιχου προδοσίαν κατεψηφίσαντο τεθνη-
κότος, τὸν δ' Ἐρμῶνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ
cυσπάντας ἐστειφάνας.

* Antiphontes erant plurimi. Antiphon-
tem e Collegio CCCC virorum eundem
fuisse ac Antiphontem Rhetorem, perman-
ens hodie et recepta est opinio: adeo-
que in ea sum, licet dubitant similior,
quam veris victo: Illud interea certissi-
mum habeo, eorum, quæ de Antiphonte
Rhetore apud Plutarchum tradantur, non-
nulla ad Tragicum Antiphonta pertinere,
nonnulla ad Onirocriticum. Id quod in
commodiori loco exponam. Ex hac ὁμῶ-
νμια credo emanare, quod Plutarchus di-
cat: Οἱ δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνηρῆσθαι
αὐτὸν [Antiphonta] ἰστοροῦσιν, ὡς περ Λυ-
σίας. Photius vero sic: Λυσίας φησὶν αὐτὸν
ὑπὸ τῶν τετρακοσίων ἀνηρῆσθαι (lege
ἀνηρῆσθαι) Lysias quidem neque hoc, ne-

que illud affirmat, verum hominem plecti
a populo post recuperatam libertatem,
ideo quod Conjuracionis τῶν CCCC parti-
ceps fasset, p. 216. Et id confirmat S.
C. quod ex Cæcilio ab eodem Plutarcho
est adductum. Idem etiam Photius: Παρέ-
τεινε τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν ὕ γεγενημένης
καταλύσεως τῆς δημοκρατίας, ἧς καὶ αὐτὸν
αἰτίαν μετεσχηκέναι: φασὶ παρασχεῖν διὰ καὶ
μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τετρακοσίων εἰσαγ-
γελθεῖς ἕλω, καὶ τοῖς τῶν προδοτῶν ἐπιτι-
μίοις ὑποβληθεῖς ἄταφος ἐβρίβη, καὶ γέγονεν
ἄτιμος, οὐκ αὐτὸς μίσην, ἀλλὰ καὶ εἰ ἐξ αὐτοῦ
φόντες. Vid. quoque Marcellinum de vita
Thucydides.

† Thucyd. VIII. 68. Συντάξαι δὲ αὐτὸν
καὶ πρῶτον, φασὶ, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις
ἀγωνιστικοὺς λόγους: τῶν γὰρ περὶ αὐτοῦ οὐδεὶς
φαινεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα
οὐδ' ἔστι λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν Ἀντιφών-
τι πρότερον γεγραμμένων. Phot. in Antiph.
Add. Plutarch. et Philostrat.

‡ Lys. pag. 216.

§ Thucyd. VIII. 68.

|| Elegantissima et luculenta Formula
Actionis et Solennitatis Legitimæ, men-
daram tamen non immunis. sc. l. 2. p. 25.
vol. I. Orat. Attic. pro Πελληνεὺς legendum
Παλληνεὺς, ut testantur Marmora quam-
plurima, deinde fortassè l. 13. τοὺς ἤρη-
μένους συνηγόρους: postea deesse vi-
detur post εἰς τὸν, h. p. τῶ δὲ δημάρχῳ ἀπο-
φῆναι τε οἰκίαν εἰς τὸν * * * καὶ μὴ ἐξείναι
κ. τ. λ. et in fine corrige καὶ τοῦτο δεῖσθαι,
sc. τὸ ψήφισμα.

quæstio Proditionis: Qui si reus perageretur, illico absolventur, qui eum patriæ causa interfecissent, ejusque ossa effossa extra Atticam projicerentur:” Adjecerunt id quoque, ut, “ si qui ad causam hominis dicendam adessent, si cecidisset Phrynichus, eodem judicio tenerentur.” Aderant Aristarchus et Alexicles. Lege agitur de Phrynichi proditione. Damnatum mors Advocatorum et externa sepultura sequebatur.*

Memorantur præterea quamplurimi ab istius ævi scriptoribus; Pisander, Tyrannidis auctor præcipuus, de quo plura in superioribus: Andro,† Theramenes‡, Aristocrates,§ Agno,|| Callæschrus,¶ Polystratus,** Aristopho,†† Læspodias,†† Melesias,†† Aristoteles,‡‡ Melanthius,§§ Onomacles||| ceterique. Illi igitur recepta Rep. nihil omnino de Alcibiade referebant, cujus potissimum gratia ea res primo agitari videbatur, verum ad Agidem Lacedæmoniorum regem legatos de pace mittebant, et ad Samum, qui docerent “ Remp. non penes CCC. viros esse, sed ad imperii summam quinque millia Civium admitti,” populumque adeo composita oratione delinrent, veriti, ne, id quod postea accidit, aliquid novi contra suam auctoritatem molirentur classarii Atheniensium, qui eo tempore circa Samum stationem habebant, novamque dominationem ægre laturo videbantur.

Comparaverat olim Sami Pisander factiosorum Civium turbam ad CCC., quæ Remp. ad Oligarchiam deduceret. Verum opera Thrasybuli et Thrasylli Atheniensium, qui apud exercitum erant, profligata erat ea manus conjuratorum, et Samiorum Resp. confirmata, cum legati Quadringentorum Samum essent delati.

Dum hæc aguntur, effecit Thrasybulus cum oratione tum auctoritate apud milites, qua plurimum valebat, ut ab exercitu Alcibiades exsul revocaretur; qui protinus Samum deductus, dux inter ceteros classi constituitur. Ille legatos, qui Athenis venerant, blande et comiter exceptos, hac oratione dimisit, “ Quadringenti confestim sua voluntate jura populo redderent, aliter se cum classe affuturum, ut eos auctoritate cogeret.” Quo responso territi, qui novam Tyrannidem impensissime adjuissent, Pisander, Phrynichus, Antipho, Aristarchus aliique, ubi plebem quoque, quæ domi erat, cum exercitu sentire, et quosdam etiam ex conjuratorum numero

* Lycurg. c. Leocrat. Edit. Steph. p. 164. in sequentibus.

† Ille est, qui tulit decretum c. Antiphontem, quod laudavimus modo. Ἄνδρῶν ἃ φησὶν εἶναι Κρατέρους ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν ψήφισμάτων, τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τοῦ Ἀντιφάντος τοῦ ῥήτορος. Ἦν δὲ εἰς τῶν τετρακοσίων ὁ Ἄνδρῶν. Harpoer.

‡ Ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος. Thucyd. VIII. 68. Τῆς προτέρας ὀλιγαρχίας αἰτιώτατος. Lys. p. 215. De eo plura

§ Lysias, p. 215. Thucyd. VIII. 89.

|| Theramenes Pater, unus τῶν προβούλων. Lys. p. 215.

¶ Lys. ibid.

** Lysias pro Polystrato.

†† Thucyd. VIII. 86.

‡‡ Xenoph. Hellenic. I. 2. deinde XXXvir.

§§ Xenoph. ibid.

||| Vid. Decret. c. Antiph.

de sua salute mature consulere animadvertissent, primo urbem Lacedæmoniis tradere voluerunt, qua spe frustrati partim in exilium profecti sunt, partim eo quo exposuimus modo eversæ libertatis pœnas dedere. Ita exactoratis post imperium IV. mensium Quadringentis, Alcibiades P. A. decreto restitutus atque absens imperio præfectus simul cum Thrasybulo ad bellum adversus Lacedæmonios gerendum summa cura convertitur.

Quod reliquum erat istius belli varia fortuna ab Atheniensibus terra marique gestum est; donec Olymp. XCIII, 4. post XXVII. ætates in ea contentione absumptas totum illud virtute sua et consilio delevit Lysander.* Pugnatum erat ad Ægos flumen tanta strage atque internecone Atheniensium, ut cum classe nomen etiam imperii pene excisum esse videretur.† Quibus rebus gestis Lysander tributarias undique Atheniensium civitates voluntarias recepit, ejectis iis, quos in præsidio reperiret, vel Atheniensium rebus studere suspicaretur, quibus unicam salutis conditionem indulsit, ut nullibi, nisi Athenis, eis salvis esse liceret; ratus, quanto plures in urbem confluerint, tanto ægrius obsidionem, quam parabat, propter plurimorum inedia, sustineri posse. Sciebat enim neque ex advecto frumento multum superesse, eosque mari interclusos novum advelere non posse reputabat. In omnibus itaque urbibus constituta‡ decemvirali potestate, ipse cum navibus ducentis urbem obsidet, atque ut idem terrestribus copiis ab Academicæ parte faceret Pausanias Lacedæmoniorum Rex, literis jubet. Athenienses itaque terra marique obsessi et inedia vexati primo pacem per legatos petivere.§ Quam cum fieri Lacedæmonii negarent, ni

* Plutarch. in Lysandr. Diod. Sic. Xenoph. Hellenic. l. 2. Nepos in Lysandr. Justin. l. 5.

† Ab eo interitu Classis in Hellesponto Oratores exordium sumunt dicendi de Republica translata ad XXX viros. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς τὰς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἀπωλέσαμεν, καὶ ταῖς ἀτυχίαις ἐκείναις ἡ πόλις περιέπεσε, τίς οὐκ οἶδε κ. τ. λ. Isocr. Areopag. Ita Lys. p. 207. 233, et 475. ed. Tayl. eodem aditu orationis utitur ad publicas calamitates enarrandas.

‡ “Namque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, decem delegat [Lysander] in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret.” Nepos in Lysandr. Hunc Decemviratum Lacedæmonii familiarem constituit idem Sami, Ephesi, in Piræo denique eodem tempore, quo in urbe XXX. Ἐτι δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομία καθίσταται, ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας. Καὶ τούτων τῶν ἀρχόντων ἐπιμελεῖσθε οὐχ ὅσως νομίμως ἀρχασιν, ἀλλ’ ὅπως δύνονται βία

κατέχειν τὰς πόλεις. ὥστ’ εἰκότατε τυραννίσι μᾶλλον ἢ πολιτείαις ἡδόμενοι. Xenoph. Hellenic. l. 6. Plutarch. in Lysandr. Suid. in Δεκαρχίαι.

§ Historiam sequor Xenophontis, quam Lysias semper confirmat. Aliter tamen de hac re Æschines π. παραπρεσβ. cujus verba infra adducturus sum. Ait enim quorundam civium pervicacia, Cleophon-tis maxime (memoratur ille Lysia p. 234. præconio satis honesto, quod ingloriosis pacis conditionibus etiam capitis periculo restitit), rem eo perductam fore, ut, cum possent Athenienses sibi ipsis et gloriose satis et utiliter consulere, hortantibus Lacedæmonii, odium tamen et inimicitias exercere mallent, licet cum interitu civitatis conjunctas. Τὴν τελευταίαν ἀβουλίαν φυλάσσειν, ὅθ’ ἠττημένοι τῷ πολέμῳ, πρὸς καλουμένων αὐτοῦς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἀγεῖν, ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Λήμονα καὶ Ἰμβρον καὶ Σκύρον, καὶ δημοκρατομένους κατὰ τοὺς νόμους, τούτων μὲν οὐδὲν θέλον περὶ εἶν, πολεμεῖν δὲ προηροῦντο, οὗ δυνάμενοι. Κλεοφῶν δὲ ὁ λυρκοῖός (τυροποιός male, ut

demissi ab urbe Piræum versus muri brachia ad X. stadiorum utrinque intervallum dejicerent, ibi Theramenes, animo Reip. penitus evertendæ, legationem in se recepit, populi animos honestiorum conditionum spe deliniens.* Quadrimestri igitur mora in eo munere posita, quo posset Atheniensium animos et fame et obsidione diutina fractos ad quascunque vellet condiciones deducere, cum inter Spartanos sociosque diu multumque† deliberatum est, an

videtur, σχ. Aristoph. Ran. 693. nam a ceteris constanter λυροποιός, vid. Andoc. p. 19. Edit. Steph.) ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πείθει ἐμνημόνευσον, παρεγγραφεῖς αἰσχυρῶς πόλιτις, καὶ διεφθαρκῶς νομῆ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψειν ἡσπίλει μαχαίρα τὸν τράχηλον, εἰ τις εἰρήνης μνησθήσεται. τελευτῶντες δὲ εἰς τοῦτο τὴν πόλιν προήγαγον, ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀποστάντας πάντων, καὶ τὰ τείχη καθελόντας, καὶ παραδεδεμένους φρουρᾶν, καὶ Λακεδαιμονίων ἀφροσπῆν, καὶ τῆς δημοκρατίας τοῖς τριάκοντα ἀφεμένους, οἱ χίλιοι καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτας ἀπέκτεναν.

* Hæc omnia confirmantur a Lysia pag. 234. et alibi, cum quo consentit Xenopho, qui per totum Hellenic. l. 2. hanc Reipublicæ conversionem persequitur. Diodorus quidem Siculus longe aliter de Theramene verba facit, eumque ait populi studiosissimum ideo XXXvirum ab illo esse factum, quo posset auctoritate sua cavere, ne quid detrimenti Resp. caperet. Neque ab ea opinione ablutit multum genus mortis, quam factionis istius crudelitate oppetere coactus est, aut quod de eo memoriæ prodidit Cicero. ‘Sed quid ego Socratem aut Theramenem; præstantes viros virtutis et sapientiæ gloria commemoro?’ 1. Tusc. 42. ‘Quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! etsi enim ilemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur, qui cum coniectus in carcerem XXX. jussa Tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret: quo sonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. — Lusit vir egregius extremo spiritu, cum jam præcordiis conceptam mortem contineret, vereque ei, qui venenum præbuerat, mortem est eam auguratus, quæ brevi consecuta est.’ 1. Tusc. 40. Propæ est Plutarchus in Nicia, juxta principium. ‘Ἐνεσσι περὶ Νικίου πρῶτον εἰπεῖν, ὃ γέγραφεν Ἀριστοτέλης, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο ἑλτίστοι τῶν πολιτῶν, καὶ πατρικῆν ἔχοντες εὐνοίαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον, Νικίας ὁ Νικηράτου, καὶ Θουκυδίδης ὁ Μιλησίου, καὶ Θεραμένης ὁ Ἀγωνος. ἦττον δὲ οὗτος ἦ ἐκείνῳ, καὶ γὰρ εἰς δυσγένειαν ὡς ξένος ἐν Κέρῳ λελοιδόρηται, καὶ διὰ τὸ μὴ μόνιμον, ἀλλὰ καὶ ἐπαμφοτερίζον αἰεὶ τῇ προαιρέσει

τῆς πολιτείας, ἐπεκλήθη Κόθορος. Ab Agnone etiam Atheniensi (male in Lysandro ab eod. Plutarcho vocatur Θεραμένης Ἀγωνος) adoptatum fuisse memorat σχ. Aristophanis. De ejus Rhetorica, nam Rhetor erat, i. e. eleganter et graviter dixit, vid. Plat. Apolog. Cic. 1. Tusc. 41. et 3. de Orat. 16. Prolegom. Rhetor. apud Montefalc. Biblioth. Coisl. Plutarch. in Cicer. De eo plura Lysias p. 214. seqq. ejusque consilio in XXX virali potestate constituenda. Adde Justin. V. 9. Harpocr. in v. Suid. in v. et in Ἀργεῶν υἱός. Εὐμεταβολώτερος. Κόθορος. Δέξιος ὁ εὐπαιδ. et Ἀγχιότροφοι. Dionys. Halic. in Isocr. in Nicia. Idem in Lysandro, in Consolat. ad Apollonium et Præcept. Reip. bene gerend. Val. Maxim. III. 2. σχ. Aristoph. Lysistr. 658. Apostol. IX. 29. et X. 30. Hominis versatile ingenium depinxit Poeta in Ran. 999.

Θεραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ καὶ δεινός εἰς τὰ πάντα,
“Ὅς ἦν κακίος που περιπέσῃ καὶ πλησίον
παρὰ τῆ,
Πέπτοικεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χίος, ἀλλὰ
Κίος.

et alibi sc. 544.

τὸ δὲ μεταστρέφεσθαι
Πρὸς τὸ μαλθακώτερον
Δέξιου πρὸς ἀνδρὸς ἐστὶ καὶ φύσει Θερα-
μένους.

Cujus loci Græcus enarrator fortasse etiam expediet ea, quæ habet Hesychius in Τεῖα Θεραμένης. Hanc Theramenem ideo Cothurnum dictum fuisse ex eo, quod alterutri parti in Rep. ut ille pedi, conveniret, norunt et pueri et puerorum didascalii. Fabulam Cratini vocatam Θεραμένης memorat Athen. IV. 89.

† Narrat Plutarchus in eo concilio (verum post captam urbem celebratum fuisse scribit, contra fidem ceterorum Auctorum) Erianthum Thebanum immitissimum dixisse sententiam, sc. τὸ μὲν ἄστῳ κατασκάψαι, τὴν δὲ χάραν ἀνεῖναι μηλόβοτον: verum postea inter vinum, cum forte quidam luctuosissima nonnulla ex Euripidis Electra recitaret, conversis studiis frangi omnium animos, remque videri indignissimam, “eam civitatem, quæ tales Viros

deleri Atheniensium nomen urbemque incendio consumi oporteret, redit tandem istiusmodi conditionibus impetratis, ut, “muri brachia dejicerentur universa; naves omnes, X. * exceptis, Lacedæmoniis traderentur; dirueretur murus, qui Piræeum cingeret; et Resp. denique ad Lysandri arbitrium componeretur.”† Ita Lysandro cum classe Piræeum ingresso, murisque ad tiliarum sonitum dirutis, exactus est Olymp. XCIII, annus quartus, Athenarum expugnatione insignissimus.

Proximus annus titulum sortitus est non a Pythodoro, qui tunc temporis summum magistratum Athenis erat obiturus, cujus idcirco nomen in Fastis omittebatur, sed ἀναρχία πρὸς Εὐκλείδου (is recuperata libertate anno sequenti magistratum gessit) ab antiquis scriptoribus vocabatur. Lysander enim receptis Athenis Xviralem in Piræeo,‡ in urbe XXXviralem potestatem constituit. Collegium illud XXXvirorum legibus scribundis institutum, quibus Resp. in posterum uteretur, summam auctoritatem paulatim ad se convertit. Eorum nomina a Xenophonte Hellenic. l. 2. accepimus. sc. Polyarchus, Critias,§ Melobius,|| Hippolochus, Euclides, Hiero, Mnesilochus, Chremo,¶ Theramenes, ** Aresias, Diocles, Phædras, Chærelaus, Anætius, Piso, †† Sophocles, Eratosthenes, ** Charicles, †† Ono-

produkerit, solo æquare.” Ita civitati suæ unius Poetæ nomen et claritudo saluti fuit. Alii contendunt negasse Spartanos se ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos.

* XII. Plutarch. in Lysandro.

† Capta urbe ad suos rescripsit Laconice Lysander Ἀλώκῃνται Ἰαί Ἀθάνας, (Plutarch. in Lysandro et Lacon. Apophthegm.) cui pari brevitate responsum est: Ἀρχεὶ τό γε ἐαλώκειν (lege cum Cod. MS. ἐαλωκένας). Conditions Pacis Laconica dialecto exaratas idem Plutarch. in Lysandro refert, sed mendose. Rescribo: Τάδε τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ἔργῳ, καθβαλόντες τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, καὶ ἐκβάαντες ἐκ πασῶν τῶν πόλεων, τὰν αὐτῶν γὰν ἔχοντες· ταῦτα καὶ δρώντες τὰν εἰρήναν ἔχοντες, ἂ χρεὶ δοῖτε, καὶ τοὺς φυγάδας ἀνέντες, περὶ τῶν ναῶν τῷ πλήθει οὐκ οἶόν τι κατῆν δοκεῖσι, ταῦτα ποιεῖτε. Male hodie οἰκεῖόν τι. Hi muri rursus longo post intervallo a Sylla diruti sunt. Vid. Plutarch. in Sylla. A Piræeo portu ad astu pertingebant V. milia passuum. Vid. Spon. Description des Antiquitez de la Ville d’ Athenes. tom. II. p. 234.

‡ Plutarch. in Lysandro. Ex eo decemviratu Piræensi erant Glauco (Πύθερμος δὲ ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννήσας καταγράφει καὶ Γλαύκῃνα ὑδρεπότην. Athen. l. 2. Quinam erant isti Piræei tyranni prorsus se nescire fatetur Casaubonus), Charmides ejusdem fortasse Glauconis filius (Χαρμί-

δης ὁ Γλαύκῃνος τῶν ἐν Πειραιεὶ δέκα ἀρχόντων. Xenoph. Hellenic. l. 2. Genere is erat Critiæ Tyrannorum XXX. crudelissimo, adeoque Platoni et Soloni conjunctus, ut ex hoc stemmate patet :

Exceestides

~~~~~  
Solo Dropidas  
Critias

~~~~~  
Glauco Callæschrus
Critias XXXvir.

~~~~~  
Potone Charmides  
Plato.

Vid. Plat. in Charmide 154. A.), Molpis. Vid. Harpocr. in v. Nos in Fragm. de Diogenis hereditate.

§ Lys. c. Eratosth. Justin. Diod. Lactantius l. 3. Val. Maxim. III. 2. Aristid. adv. Platon. de Rhetorica. Nepos in Alcibiade et Thrasybulo. Aliique. “Ἐπειθ’ ἡμεῖς, ὃ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνετε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκῶς ἓνα τῶν τριάνοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων. Æsch. c. Timarchi. p. 24. Edit. Steph.

|| Lys. ibid. Harpocr.

¶ Lys. c. Nicomach.

\*\* Lys. passim.

†† Lys. c. Eratosth. passim.

‡‡ Lys. c. Eratosth. Xenoph. Memorab. Harpocr. Andoc. de Mysteriis.



macles, Theognis,\* Æschines, Theogenes, Cleomedes, Erasistratus,† Phido,‡ Dracontides,§ Eumathes, Aristoteles,§ Hippomachus et Mnesithides.¶ Hi, ubi paulisper Remp. justitiæ et moderationis aliqua laude gessissent, mox tria millia civium adsciscunt, quibus imperii summam specie communicarent, revera autem satellitum loco haberent summæque crudelitatis ministros. Deinde armis a ceteris præter istos MMM. per vim adeptis, quasi aditus ad Tyrannidem nondum satis munitus esse videretur, aut ad continendam civitatem parum esset in suo satellitio præsidii, DCC. milites, excubiarum nomine, cum Callibio præfecto (ἀρμοστήν vocant Lacedæmonii) a victoribus impetrant. Omni igitur metu liberati tyranni miseram urbis reliquias cædibus et rapinis, Græcas civitates Atheniensium exsulis undique complent.¶

Jam stipendiariis militibus, quos a Lacedæmoniis acceperant, mercedes erant solvendæ, cum Piso et Theognis iniquissimam in Senatu sententiam dixerunt, ut μετοίκων, qui fide publica Athenis commorati sunt mercaturæ exercendæ gratia, adeoque re lautiori utebantur, deos, vel, secundum alios, singulus ex XXXviralii numero singulum comprehenderet, quos morte plecterent, atque in eorum bona involarent.\*\* Lysias noster cum Polemarcho fratre in clypeis fabricandis operam exercebat, mancipiis ad eum quæstum usus ad numerum CXX. Eorum igitur ædibus et officinis exinanitis, direpto cum operis ingenti pondere auri atque argenti, relicto neque vase neque vestimento, Polemarchum†† indicta causa, more patrio cicuta interimunt. Lysias, qui ex eorum manibus fuga se eripuit, ubi fratris indigna nece domum suam funestari vidit, nec quidquam spei sibi reliquum fore, extra Atticam se subduxit, in

\* Lys. c. Eratosth. Harpocr.

† Κριτίας καὶ Ἐρασιστράτος ὁ Φαίαιος τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδούς. Plat. Eryx.

‡ Lys. c. Eratosth.

§ Plat. in Parmenide.

¶ Huic numero addi posse videtur Callæschrus secundum verba Dionys. Halic. Rhetor. c. 6. Ἀνδράπων γὰρ γενομένη κατὰ τὸν τοῦ Καλλιᾶσχρου τοῦ τῶν τριάκοντα, ἔββαιον μὲν οὐδὲν, μὴ ὅτι καὶ τὸ θανεῖν γενομένην, καὶ ζῶντι, εἰ μὴ οἶόν τε ἐκτὸς αὐτῆς βαίνειν. Laudat vir doctissimus Critiam Callæschri. Atqui ex Collegio isto non erat Callæschrus, sed Critias filius, ut plane legendum sit: κατὰ τὸν τοῦ Καλλιᾶσχρου τὸν τῶν τριάκοντα. Addi quoque posse videntur Satyrus et Cleopho ex Lysia p. 476. ni legas, quæ ibi annotavi. Phædimus ex Demosthen. de ementita legatione, f. idem atque Phædrius. De ista Tyrannide, Cæsar. apud Sallust. Laert. in Zenone. Alexand. ab Alexandro III. 16. Justin. l. 6. Orosius II. 15. Diod. Sic. l. 14. Xenoph.

in lib. 2. Hellen. Nepos in Lysandro et Thrasybulo. Ælian. V. H. III. 17. Senec. de Tranquill. c. 3. Isocr. in Paneg. et c. Callimach. Gell. XVII. 21. Heraclid. de Politis. Plutarch. de Solertia Animalium.

¶ Οὗτω καὶ οἱ τυραννοῦντες ἄρχουσι μισοφονίας, ὡς περ ἀπὸ τῶν πρώτων ἀπέκτειναν Ἀθηνοὶ τὴν κείριστον τῶν συκοφαντῶν, ὅς Ἐπιτίδειος πρῶτος ἐγένετο, καὶ δεύτερον ὁμοίως καὶ τρίτον, εἴτα ἐκ τούτου συνήθεις γενομένη Νικίτατον ἐώραν ἀπολλύμενον τὸν Νικίου, καὶ Θεραμένη τὸν στρατηγόν, καὶ Πολέμαρχον τὸν φιλόσοφον. Plutarch. de esu Carnum. Eandem moderationem in initio tyrannidis memorant alii auctores omnes. Lysias p. 192. Xenoph. Diodor.

\*\* Avaritiam et crudelitatem τῶν λ in exipilandis divitioribus legas apud Isocrat. in orat. quæ inscribitur ἀμάρτυρος.

†† Polemarchus Philosophus, qui memoratur a Plutarcho de esu Carnium a XXXviris fuisse interfectus, non alius videtur.

libertate Athenarum instauranda magno civibus auxilio proxime futurus.\*

Periere utique in isto incendio Reip. summi viri, quos aut Tyrannorum crudelis suspicio, aut vitæ suæ splendor, et meritum in Remp. magnitudo ad cædem destinare videbatur. In primis Niceratus† Nicæ istius filius, qui in Sicilia olim bellum gessit, domo nobilis, fortunarum amplitudine nemini Civium cedens, moribus denique et fama illustris. Eucrates‡ ejusdem Nicæ frater, a XXXviris ad tyrannidis societatem invitatus, Leo Salaminus,§ Autolycus,|| Strombichides,¶ Dionysodorus,¶ Aristophanes Cholli- des,¶ Xenopho Icarus,¶ Hippas Thasius,¶ Cleopho, \*\* Calliades,†† Lycophro‡‡ Lycurgi F. Lycurgi præstantissimi Oratoris pater, Antiphon,||| Theramenes XXXvir,§§ ceterique quam plurimi.¶¶

Erat inter Exsules Thrasybulus Lyci F.,\*\*\* rebus gestis, quam domo,††† illustrior. Hic ubi primum Thebis movisset ad patriam liberandam, non plus fere habuit secum, quam XXX††† de suis. Ad Phylum igitur pagum (quod erat castellum in Attica munitissimum, et ab urbe distabat stadia circiter centum) se recipiens copias celeriter auxit, brevibusque excursionibus aciem Tyrannorum in fugam vertit. Utilem in ea re operam navavit Auctor noster, “in auxilium urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, IO milites cum stipendiis suis,”§§§ mittens. Thrasybulus paucos dies

\* Lys. c. Eratosth. Plutarch. et Photius.

† Lys. c. Poliuch. Xenoph. Hellenic. 2. Nicias quidam, in Orat. Isocr. quæ inscribitur ἀμάστυρος: ἐπειδὴ οἱ λ κατέστησαν, καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ ἐκ μὲν τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας ἐξήλειφον, εἰς δὲ τὸν μετὰ Πεισάνδρου κατάλογον ἀνεγράψαν, δεδιώς τὰ παρόντα πρᾶγματα, τὴν μὲν οὐσίαν ἐπέθηκεν — αὐτὸς δ' εἰς ἀγρὸν ἐλθὼν διητῶτο.

‡ Lys. ibid. Suid. in Ἄπεστε.

§ Xenoph. Hellenic. Laert. in Socrate. Andoc. de myster.

|| Plutarch. in Lysand. Diod. Sic.

¶ Lys. c. Agorat.

\*\* Lys. c. Agorat. et c. Nicomach.

†† Lys. c. Nicomach.

‡‡ Plutarch. in v. Lycurgi.

§§ Plutarchi. in v. Antiph. alius ab Antiphonte Oratore, qui a populo plectebatur propter conjugationem τῶν CD. Unde error Scriptorum, qui ea, quæ ad duos pertinent, ad unum referunt.

||| Circumventus ille a Critia Collega, et mortis datus. Totam rem fuse narrat Xenoph. Hellenic. 2.

¶¶ Τοῖς ἀνοσιωτάτοις τριάκοντα, οἱ ἰδίων κέρδεων ἕνεκα ὀλίγου δὲν πλείους ἀπεκτίνασιν Ἀθηναίων ἐν ὀκτῶ μηνσίν, ἢ πάντες Πελοποννήσιον δέκα ἔτη πολεμοῦντες. Xenoph. Hellenic. l. 2. οἱ δὲ ἐν Ἀθήναις δυναστεύοντες τριάκοντα Τύρανοι καθ' ἡμέραν οὐκ

ἐπαύσαντο τοὺς μὲν φυγαδεύοντες, τοὺς δὲ ἀναιροῦντες. Diod. Sic. l. 14. Interfecerunt MD. juxta Æschinem in superioribus laudatum, eundem c. Ctesiph. et Isocrat. Arcopag. ubi de hac re plura et distincta.

\*\*\* Thrasybulus Lyci fil. τὸν δῆμον Στειρεῖς (Male a nonnullis ὁ Τυριεὺς ὀνομαζόμενος). De eo Nepos in vita, Xenoph. Thucyd. Diodor. aliique quamplurimi.

††† Ita Nepos. Aliter Justin. et Orosius. Hic II. 17. “Erat inter exsules Thrasybulus, vir strenuus et generis nobilitate inter suos clarus, qui auctor audiendi pro patria fuit. Itaque castellum Phylem Atticorum finium collecti Exsules adjuvi, multarumque civitatum opibus adjuti vires capessunt: quibus Lysias quoque Syracusanus Orator, quasi in auxilium urbis, quæ esset patria communis Eloquentiæ, D. milites cum stipendiis suis misit.”

††† Nep. in Thrasybulo. Alii LXX. Ὀρμηδεῖς ἐκ Θεβῶν ὡς σὺν ἐβδομήκοντα. Xenoph. l. 2. Hellenic. cui concordat Plutarch. de gloria Atheniensium, in it. Τοὺς ἀπὸ Φυλλῆς ἐβδομήκοντα κατὰ τῆς Σπαρτιατῶν ἡγεμονίας ἀποσταμένους.

§§§ Ita Justin. et Orosius. supra p. 33. Consultissimus interea Auctor, qui Plutarchi nomine emendicatio, ex Photii penu Lysiae vitam conscribillavit, rem magis signanter narrat: Ait enim pecuniam ad

in Phyle moratus, sumptis secum, quos ibi collegerat, erant autem ad millia hominum, noctu Piræeum occupat, Munichiaque munita, postero die aciem cum Tyrannis confert, et vincit. In eo prælio Critias et Hippomachus\* XXXvirorum sævissimi cadunt, et Char- mides Glauconis F. Xvir Piræensis.

Reverso in urbem exercitu, Tyrannorum animos summa desperatio, ceterorum exsulis populi misericordia tum primum cepit. Tyrannis igitur abrogatur imperium, quod tanta crudelitate gesserant; quibus Eleusinem emigrantibus, locum, quem sibi olim per- fugium pararunt, suffecti sunt X., qui Remp. moderarentur, ex sin- gula tribu P. A. unus. Erant in eo numero Hippocles et Epi- chares,† atque etiam ex Collegio XXXvirali Phido et Eratosthe- nes, quos ideo retinebant, quod exsulum reditioni bene velle vide- bantur. Illi tamen imperio potiti nihil exemplo prioris dominatio- nis perterriti idem cum exsulis bellum continuabant,‡ et ad do- minatum confirmandum Lysandrum accersebant.

Una cum Lysandro exiit Pausanias Rex Lacedæmoniorum, qui partim Lysandri invidia, partim populi misericordia ductus, ubi bellum paulisper specie tenus gessisset, clam ad exsules nuncium mittit, qui diceret, “ malle se, ut, pace utrinque facta, amicitiam cum Lacedæmoniis colerent, quam cives cum civibus bellum nefar- ium et utrisque exitiosum gererent.” Idem consilium mittit eis, qui urbem tenuerunt. Quæ res cum Lacedæmoniorum Senatui comprobaretur, pax sancita est hisce conditionibus: sc. “ ut do- mum revertentur exsules cum Thrasybulo Imp., ut ad publicam concordiam colendam invitarentur omnes undique cives, exceptis XXX. qui in urbe, et X. qui in Piræeo dominationem exercuissent (his autem et qui his una se adungere vellent, Eleusis monstraba- tur locus, ubi sine timore esse possint), ut denique, ne qua ex ante actis simultas subesse posset, jurejurando obstringerentur omnes, sanctam et perpetuam discordiarum ἀμνησίαν fore.”§ Interjectis

duo millia drachmarum contulisse, clypeos vero CC., et Hermamanis ejusdam (Her- monem vocat Photius) opera adjutum mi- lites conduxisse auxiliares non numero rotundo (ut hujusmodi res describi solent) CCC., veram CCCII., ἀκριβεία nunquam satis prædicanda; ab hospite denique Thrasybulo talenta impetrasse: quot vero impetravit, non memorat. Mala certe fide exemplar descripsit, quo legebatur: ἐπικούρους τε ἐμισθώσατο τριακοσίους, καὶ Θρασύβουλον τὸν Ἡλείου ἐπέεισε, ξένον ὄντα, αὐ- τῷ δυοτάλαντα παρασχέειν. Non igitur apud Plutarchum legendum, milites CCCII., sed milites CCC. et II. talenta. Et hæc est vera Crisis.

\* Hippolochus. Justin.

† His adjungatur Rhino. Isocr. c. Calli-

mach. Heraclid. de Politis. Hic: Τού- των (i. e. τῶν λ) δὲ καταλυθέντων Θρασύ- βουλος καὶ Ἡρίων προεστήκεισαν, ὅς ἦν ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός.

‡ Lys. p. 211. seqq. Justin. V. 10. Xenoph. Isocr. c. Callimach.

§ “ Ne qui præter XXX. Tyrannos, et X., qui postea Prætores creati superioris more crudelitatis erant usi, adicerentur exsilio, neve bona publicarentur, reique pub. procuratio Populo redderetur.” Nepos in Thrasybulo. Οἱ δὲ διήλλαξαν, ἐφ’ ᾧ τε εἰρήνην μὲν ἔχειν ὡς πρὸς ἀλλήλους, ἀπίεσαι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους, πλὴν τῶν Τριάκοντα, καὶ τῶν ἑνδεκα (XIViros sc. Lic- tores publicos, Tyrannidis administros) καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα. Xe- noph. Hellenic. l. 2. ad fin. Errat Nepos,



diebus, ubi compertum est Eleusinos Tyrannidem recuperare velle, atque ad eam rem conficiendam externum militem præmiis et pollicitationibus sollicitare, indignantes se jam in exilium quasi agi, repente in eos undique fit concursus, ducibusque ad colloquium progressis et per insidias comprehensis, ibi de iis consulitur. Quo tempore Lysias et domesticis inimicitiiis et communi indignatione accensus luculentissimam illam orationem *contra Eratosthenem* XXXvirum (pag. Edit. Steph. 120.) habuit, quam Plutarchus in libro De Gloria Atheniensium, κατὰ τῶν τριάκοντα inscribere videtur. Interfecti sunt Tyranni publico consilio, ceterosque, missis amicis ac necessariis, ut in gratiam redire vellent, perduxerunt.

Eum exitum habuit seditio Atheniensium, intra biennium et incepta et composita.\* Plurimis id facinus Thrasybuli saluti fuit,

neque enim X viros in urbe, verum X viros in Piræo pacis beneficio excluderunt. Duplex iste Xviratus Auctoribus et antiquis et hodiernis plurimis fraudem fecit. Plat. Epist. 7. memorat LI. qui per ea tempora Republicanam tractabant, sc. X viros in urbe, X. in Piræo, et XXX. denique, penes post quos summa erat auctoritas. καὶ τῆς μεταβολῆς εἰς καὶ πεντήκοντα τῆς ἀδριῆς πρεσβύτησαν ἀρχόντες ἕνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ — τριάκοντα δὲ πάντων ἀρχόντες κατέστησαν αὐτοκρατόρες. Ille autem Xviratus non erat novum imperium, sed collegium Lictorum, qui vel XXX vel Xvirorum jussa capescebant: Id quod ex Xenoph. Hellenic. ceterisque liquet. Ad hos igitur pertinebat jusjurandum: Οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδὲν, πλὴν τῶν τριάκοντα, καὶ τῶν ἐν δεκά. Præter hos LI. a Platone memoratos constituebatur, ut vidimus, Xviratus Republicæ ordinandæ, post inclinatos animos Atheniensiam, remque a Thrasybulo fortiter gestam, quos male Nepos intellexit esse X viros a fœdere exclusos. ideoque X. in urbe et X. in Piræo, ut dixi, nullo consilio immiscuit. Hæc vidi esse fusius exponenda, cum eorum temporum historiam male excipii in monumentis, præsertim tam claris, magnopere erat dolendum.

\* Si fidem habeamus Diodoro et Eusebio, per totum Quadriennium permansit novum hoc imperium, sc. Olymp. XCIV, 1. exortum, XCIV, 4. depositum: verum istius Olymp. anno 2. Præturam gerebat Euclides, sub quo res in solidum restituebantur, ut omnes fere uno ore testantur ex Antiquis. Hinc dicitur: Ἄναρχία πρὸ Εὐκλείδου, Νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἀρχόντος, etc. etc. Si quaeratur, quamdiu duravit dominatio XXXviralis, tali fortasse computo elicietur responsum. Cum Pythodorus præturam erat initurus, Olymp. XCIV, 1. circa solstitium æstivum (quo tempore annus Atticus inœ-

ptabat), rerum potiti sunt XXXviri, ideoque annus iste indigitatur ἀναρχία, ut olim vidimus. Nam Lysander, qui istam XXXviratam imperavit, urbem cepit anno superiore exeunte, circiter initium Aprilis: Plutarch. in Lysandro: Ἐλαβε τὰς τε ναῦς — καὶ τὰ τεῖχη τῶν Ἀθηναίων ἕκτη ἐπὶ δεκάτη (corrige ἕκτη ἐπὶ δέκα τῶν) Μουνυχιῶτος μηνός. Insequente hyeme Thrasybulus Phylen castellam recepit et cum Tyrannis Munychiæ conflixit. Ejus rei fidem facit Xenoph. Hellen. I. 2. Vix enim ad Phylen considerant exules, cum impetus in eos fit ex parte XXXvirorum, quo tempore una nocte nix de caelo cecidit plurima. Βουλομένων δὲ τῶν Ἄσποτειχίζων — ἐπιγίγνεται τῆς νυκτὸς χιὼν παμπλήθης. Xenoph. Hellenic. Porro hanc fuisse hyemem, quæ proxime secuta est Tyrannidem, discimus ex eodem. Cleocritus enim post pugnam feliciter a Thrasybulo commissam, ubi adhortaretur oppidanos ad concordiam, de XXXviralium dominatu quasi novo et non ultra VIII. mensium ætatem verba facit: οἱ ἴδιον κέρδεων ἕνεκα ὀλίγου θεῶν πλείους ἀπεκτόνασιν Ἀθηναίων ἐν οὐτω μηνῶν ἢ πάντες Πελοποννήσια δέκα ἔτη πολεμοῦντες. Ita computo a mense Munychione facti VIII. mensium terminus in mediam fere hyemem incidit. Perierunt igitur in Tyrannide Menses circiter XIII. in pace concilianda totidem: nam in Boe-dromione mense, qui nobis est Augustus, in urbem cum suis rediit Thrasybulus. Plutarch. de Gloria Atheniensium. Ἐκτη μὲν Ἰσταμῆν (lege Ἰσταμῆνου) Βουθρομειῶνος εἰσέτετι νῦν τὴν ἐν Μαγαδῶν νίκην ἡ πόλις ἐορτάζει, ἕκτη δὲ μηνός (lege μεσοῦντος, ita bene respondebit τῷ Ἰσταμῆνου. ἕκτη μὲν Ἰσταμῆμου — ἕκτη δὲ μεσοῦντος, et præterea circa Plenilunium rem esse a Chabria gestam scribitur in Camillo: norunt autem omnes Athenienses menses suos cum luna auspiciari) οἰνοχοεῖται τῆς Χαβρίου περὶ

quibus importunissimi tyranni, publicatis bonis, etiam in alienis civitatibus exilium invidere videbantur. Lacedæmoniorum enim edicto, qui tunc in Græcia summa rerum potirentur, civitates omnes exsules recipere prohibebantur, qui tamen Argis et Thebis nacti sunt perfugium. Redierunt itaque, præter multos, quorum nomina historia istius temporis non retulit, Auctor noster, Archinus vir gravissimus, de quo plura in sequentibus, Atrometus\* Æschinis Oratoris pater, Chærepho Socraticus,† Anytus,‡ Phormisius,§ Andocides|| e Collegio X. Oratorum, Aristocrates¶ Scellii F., Æsimus,\*\* Ergocles,†† Epicrates,‡‡ Cleocritus§§ ὁ τῶν Μυστῶν κήρυξ, Thrasybulus||| Colyttensis, aliique.

Fuit aliquanto illustrior recuperatæ Civitatis Atheniensium æra, quod Resp. bello cum finitimis diuturno, et mox intestino functa, ad civilem disciplinam, qua maxime semper inclaruit, novis institutis sive refingendam sive confirmandam sese accingeret. In tanto strepitu armorum, et præterea in discordiis atque internecionibus domesticis, necesse fuit multa laxari, quæ civitas bene constituta et in solidum vindicata colligari vellet; multa innovari, quæ eadem tollenda esse decerneret; nonnulla etiam prævideri, quæ posterorum usui et saluti esse potuerunt. Neque fortasse alienum erit hoc loco exponere, quanta sapientia et moderatione illa Exsulum manus Remp. tractavit, quam nuper tanta virtute vindicaverat.

Anno post reditum Archon erat Euclides, qui idcirco in Fastis atque in institutis Atheniensium novam quasi æram signabat. Multa me movent, quare credam sub eo Prætoris repertum esse consilium alphabetum Græcum recensendi, introductamque literarum XXIV., pro XVI. quibus prius utebantur, rationem.¶¶ Præ-

νάξων ἐπινομία ναυμαχίας. τῆ δὲ δωδεκάτη χριστήρια ἔθουον ἑλευθερίας· ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ ἀπὸ φυλῆς (corrige Φυλῆς) κατήλθον. Porro autem locus præfractus valde et lacer Plutarch. Sympos. IX. 6. de Thrasybuli reditu et decore iade Boedromionii mensi addito, de ara item Oblivionis procul dubio eo tempore consecrata, quo Lex ἀμνηστίας (sive, ut Coru. Nepos vocat, Lex Oblivionis) lata fuit, nonnulla habet, sed propter loci impuritatem impedita nimium et intellecta difficillima. Constant tamen utique ea, quæ dixi.

Ex hisce igitur inter se comparatis huiusmodi eruatur Epocha.

| ARCHON.    | OLYMP.    |                                        |
|------------|-----------|----------------------------------------|
| Alexias    | XCIII. 4. | exeunte, Lysander XXXviros imperat.    |
| Pythodoras | XCIV. 1.  | —Ἀναρχία, ut vocatur.                  |
| Euclides   | XCIV. 2.  | —ineunte, Thrasybuli reditus cum suis. |

Ex errore Diodori, qui in ea re fuit minus curiosus, natus est error Chronographorum, Eusebii sc. Pamphili, Chronici Paschalis, etc.

\* Apollonii Vita Æschinis. Idem Æschin. de eumentita legat. p. 38. Edit. Steph.

† Plat. Apolog.

‡ Lys. c. Agorat. Isocr. c. Callimach. Xenoph.

§ Dionys. Halic. in Lysia. V. Aristoph. Ran. et Dinarch. c. Demosth.

|| Plutarch, in Andocide.

¶ Demosth. c. Theocrin.

\*\* Lys. c. Agorat.

†† Lys. c. Ergocle.

‡‡ Demosth. de eumentita legatione.

§§ Xenoph. Hellenic.

||| Demosth. c. Timocrat.

¶¶ Vid. Plutarch. in Aristide juxta initium. σχ. Euripid. Phœniss. 688. Harpocr. in Ἀττικ. γράμ. Salmas. ad Inscript. Herodis et Regillæ. Voss. de Grammatic. Petit. Comment. ad LL. Attic. p. 118. Scalig. ad Euseb. Vales. ad Harpocrat.

turam Euclides alius gessit Olymp. LXXXVIII, 2. ad cuius ætatem referri a nonnullis video Atticarum literarum conversionem. Quod si consideremus Theopompum (qui de ea re, sc. quo pacto id consilium atque ea literas exarandi ratio ab Atheniensibus recepta fuerit, olim scripsit) ab Olymp. XCII, 2. historiam suam esse exorsum, continuaturum sc. illam alteram Thucydidis, quæ in ea ætate desinit, usque ad pugnam navalem prope Cnidum, Olymp. XCVI, 3. credibile est sub eo Euclide rem contigisse, qui præturam gessit Olymp. XCIV, 2. intra ætatem Theopompi historię, non sub Euclide, qui 24to ante anno eo magistratu functus est. Si cui levius hoc videbitur, meminerit institutam fuisse novam hanc Grammaticam, Archini\* potissimum consilio et auctoritate, cujus opera populus in vindicanda et in reformanda Rep. plurimum usus est, ut mox videbimus. Ἡ, ὅτι παρὰ Σαμίους εὐρέθη πρώτοις τὰ κ̄δ γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου ὡς Ἀνδρῶν ἐν Τρίποδι. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχίνους (l. Ἀρχίνος) ὁ Ἀθηναίου (vel Ἀθηναῖος) ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. — — περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος. Suid. in Σαμίῳν ὁ δῆμος. Quibus adde Eusebium: Οἱ ἐν Ἀθήναις Τύραννοι κατελύθησαν. Ἀθηναῖοι ἠῤῥᾶντο στοιχεῖοις κ̄δ χρῆσθαι, πρότερον ἔχρωμενοι.

P. A. ut dixi, reconciliata pace, de abolendo dolore et priorum temporum necessitatibus legem tulere, quam idcirco Oblivionis appellarunt; eamque ἀμνησίαν jurejurando confirmarunt.† Quod

Montefalcon. in Palæograph. Græc. Spanheim de usu et præstantia Numismatum. Literæ illæ sedecim erant

A. B. Γ. Δ. E. I. K. A. M. N. O. Π. P. Σ. Τ. Υ.

\* Thrasymbulo, qui populum virtute sua reducere fecit, Archinum τὸν ἐκ Κόιλης (pagus is est Atticæ, quem primus vindicavit optimus Sponius) semper fere conjungant Antiquiores Scriptores, virum et consilio et auctoritate gravissimum,

Ἄλλ' ὁ μὲν ἄρ μύθοισι, ὁ δ' ἔρχει πολλὸν ἔνικα.

Æsch. de eumentia legat. p. 51. Edit. Steph. Τοῦ δῆμον κατελθόντος ἀπὸ Φυλῆς (male in editis φυλῆς litera minuscula) Ἀρχίνου καὶ Θερασυβούλου προστάντων τοῦ δήμου. Demosth. c. Timocrat. Μυρατίδης ὁ Ἀρχίνου υἱὸς τοῦ καταλαθόντος Φυλῆν, καὶ μετὰ γε τοὺς Θεοὺς αἰτιωτάτος ὄντος τῆς καθόου τοῦ δήμου, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ κατὰ προσωλιτευμένου καὶ ἐστρατηγηκότος πολλάκις. Dinarch. adv. Demosth. Ὁ δὲ καταλυθεὶς ὑπ' ἐκείνων δῆμος διὰ τοὺς τότε γενομένους παρ' ἡμῖν συμβούλους, πάλιν ἠγεμὸν ἦν τῶν Ἑλλήνων. δικαίως οἶμαι στρατηγῶν μὲν τοιούτων τετυχηκῶς, οἷον εἶπον ἀργείως, συμβούλους δ' ἔχων Ἀρχίνον καὶ Κέφαλον τὸν Κολυττήα. μία γὰρ αὕτη σωτηρία καὶ πόλεως καὶ ἔθνους ἐστὶ, τὸ προστατῶν ἀνδρῶν

ἀγαθῶν καὶ συμβούλων σπουδαίων τυχεῖν. Quem locum lego emendatius, quam est in impressis. Ἄγροισί, ὃ Κηφείσια, τοὺς ἀνδρας. ἢ μὴν ἄξιον εἶδέναι πατέραν ὄντων ἀγαθῶν, καὶ πρὸς ἡμᾶς οἰκείως ἐχόντων. ὁ δὲ μὲν ἐστὶν ἀδελφίδης Θερασυβούλου Λυσισθένης ὁ δὲ Τιμόθεος Κόωνος υἱός, οὗτοι δὲ Ἀρχίνου παῖδες. Plutarch. de Genio Socratis. Ejus igitur nomen restitue, 1. apud Plutarchum de Glor. Athen. juxta init. Ἄνελε τὰ περὶ Ἑλλήσποντον Ἀλκιβιάδου νεανειύματα, καὶ τὰ περὶ Λέσβου Θερασύλλου, καὶ τὴν ὑπὸ Θεραμένους τῆς ὀλιγαρχίας κατάλυσιν, καὶ Θερασύβουλον καὶ Ἀρχίνον, καὶ τοὺς ἀπὸ φυλῆς. Male hodie Ἀρχίπτον. 2. in eod. tractatu Plutarchi juxta finem. Τὸν τοῦ Λυσίου λόγον κατὰ τῶν τριάκοντα τῆς Θερασυβούλου καὶ Ἀρχίνου τυραννευτικῆς. Male hodie exaratur Ἀρχίου, quod Xylandrum male habuit. Ut omittam Suidam in Σαμίῳν ὁ δῆμος, de quo proxime.

† Ad istas Σιθῆκας et Ὀρκους sæpe provocant Oratores, Noster, Isocrates c. Callimach. ceterique. Jurisjurandi quidem formulam ipsis conceptis verbis servavit Andocides de Mysteriis p. 12. edit. Steph.

Ὀρκος κοινὸς τῇ πόλει ἀπάσης.

Ὁὐ μνησικακῶσα τῶν πολιτῶν οὐδενὶ πλὴν



humanissimum populi victoris decretum, ut præter eam, quam ex religionibus divinis nancisebatur, auctoritatem, aliquid etiam in jure humano reperiret præsidii, legem suasit Archinus, ut contra eum, qui de rebus præteritis litem intenderet, exceptionis jure (παραγραφῆν vocant Græci) uti liceret: sc. ut Reus priori loco diceret, ejus ἀμνηστίας beneficium imploraturus. Legis disertissima verba producam: Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ Πειραιῶς κατελθόντες ἐνίοις ἑωρᾶτε τῶν πολιτῶν συκοφαντεῖν ὄρημένους, καὶ τὰς συνθήκας λύειν ἐπιχειροῦντας, βουλόμενοι τούτους τε παῦσαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδειῖσαι, ὅτι οὐκ ἀναγκασθέντες ἐποίησατε αὐτὰς, ἀλλ' ἡγούμενοι τῇ πόλει συμφέρον, εἰκότος Ἀρχίνου, τόμον ἔδεσθε, ἂν τις ἐικάζεται παρὰ τοὺς ὄρκους ἐξεῖναι τῷ φεύγοντι παραγράψασθαι, τοὺς δὲ ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν, λέγειν δὲ πρότερον τὸν παραγραψάμενον, ὑπότερος δ' ἂν ἦττηθῆ τὴν ἐπωβελίαν ὀφείλειν. Isocrates ἐν τῷ παραγραφικῷ λόγῳ πρὸς Καλλιμάχον. Ut uno verbo complectar, omnes undique ordines civitatis ad concordiam publicam invitarunt illustrissimo, quod ubivis legitur, exemplo clementiæ civilis, veterumque simultatum memoriæ oblivione sempiterna deletæ. Nam cum ad obsidionem Piræei, quem occuparant Exsules Thrasybulo duce, C. talenta a Lacedæmoniiis mutuo sumpserunt, qui in urbe cum XXXviris steterunt: et concordia facta, Lacedæmonii æs repeterent; nonnullis æquum esse videbatur, ut debitum dissolverent iidem, qui contraxerant, non ii. quorum in perniciem contractum fuerat; Placuit tamen atque auctoritate publica sancitum est, quo posset omnino simultatum memoria obliterari, ut communiter ab omnibus solutio fieret.\* Clarissimum moderationis exemplum animique ad inimicitias deponendas paratissimi.

Verum ut manum illam Phylensem, quæ tanta virtute Remp. vindicaverat, P. A. quasi beneficiorum immemor non plane negligere videretur, decrevit, eod. Archino ferente, αὐτοῖς εἰς θυσίαν καὶ ἀναθήματα (verbis utor Æsch. c. Ctesiph. qui hujus rei memoriam conservavit) ἑοῦναι χιλίας δραχμῆς, ἔπειτα στεφανοῦσθαι θαλλοῦ στεφάνῳ αὐτῶν ἕκαστον, καὶ οὐδὲ τούτο εἰκῆ πρᾶξαι, ἀλλ' ἀκριβῶς τὴν

τῶν πρᾶξινα καὶ τῶν ἑδέκα, οὐδὲ τούτων ἔς ἂν εὐθυνας διδοῖαι τῆς ἀρχῆς ἢ ἔξῃ.

\* Ὅρκος τῆς βουλῆς.

Οἱ δεξιμαὶ ἐνδείξει οὐδὲ ἀπαγωγῆς ἕνεκα τῶν πρῶτον γενομένων πλὴν τῶν φυγόντων.

\* Ὅρκος τῶν δικαστῶν.

Οἱ μισθολογῆσαι οὐδὲ ἀλλο πείσασμαι, φερῶμαι δὲ κατὰ τοὺς κεμένους νόμους.

Hoc Oblivionis decretum memorant Plutarch. πολιτικ. παραγγεῖα. Demosth. adv. Bæotum, Æschines, Andocides, Xenoph. Fater. II. 56. Cic. Philipp. 1. Valer.

Maxim. IV. 1. Oros. II. 17. VII. 6. Lys. c. Agorat. fin. Nep. in Thrasybulo, ceterique. Verum legibus et sacramentis longe antecellebat simultatum et injuriarum memoria. Hinc enim derivatur omne istud Atheniensium odium, quod in Socratem haud din post erupit. Ἵμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστῆν ἀπεκτείνετε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκῶς εἶναι τῶν ἄ τῶν τῶν δῆμον καταλυσάντων. Æsch. c. Timarch. Add. Plat. Epist. 7.

\* Demosth. c. Leptin. init. et Isocr. in Areopagítico.

† Tangit Nepos in Thrasybulo. " Huic

βουλὴν σκεψαμένην, ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλίην. Ejus autem rei, quo testatior esset memoria, Actis publicis de hac donatione in Metroo juxta Curiam talem Inscriptionem affigi curaverunt:

Τούτδ' ἀρετῆς ἔνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαιχθῶν  
 Δῆμος Ἀθηναίων, οἳ ποτε τοὺς ἀδίκους  
 Θεσμοῖς ἄρξαντας πρῶτοι πόλεως καταπαύειν  
 Ἦρξαν, κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

Hoc plebiscitum publice in honorem civium et facinoris sociorum rogavit Archinus: aliud privatim in gratiam Lysiae pro tantis ejus in Remp. meritis Thrasybulus: cujus historiola est hujusmodi. Reverso populo (indistincte Plutarchus in Lysia, qui hanc rem narrat, μετὰ τὴν κάθοδον, ἐπὶ ἀναρχίαε τῆς πρὸ Εὐκλείδου) Thrasybulus rogationem defert, ut Lysias civitate donaretur, idque impetrat. Istud plebiscitum (magis, uti videtur, quo conservaretur mos civitatis, quam Lysiae, vel odio, vel invidia ductus) παρανόμων ἐγράψατο Archinus,\* quod non ad Senatam prius de ea re referretur. Eaque ratione hac spe pulsus Orator noster reliquum vitae egit in eo gradu, qui proxime infra Civem censetur.† Credibile est Lysiam pro hac rogatione Thrasybuli, i. e. pro Civitate orationem habuisse: idque colligo ex Plutarchi verbis in v. quæ tamen hodie propter mendorum impuritatem nihil omnino istiusmodi præ se ferre videntur. "Ἔστι δ' αὐτοῦ [λόγος] καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος ἐγράψατο Ἀρχίνος τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιέχων, καὶ κατὰ τῶν Τριάκοντα ἕτερος. Legendum est procul dubio: Ἔστι δ' αὐτοῦ [λόγος] ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος, ὃ ἐγράψατο Ἀρχίνος [παρανόμων sc.] τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιελών. Plane ut Æschines de ementita legatione p. 34. edit. Steph. Εἴ τις αὐτοῦ τὴν τύχην περιελών ἐτέρῳ περιδείη.

Denique, ut orationis telam perficere possim, ætas illa populi restituti, tum novis legibus condendis, tum autem plurimis, quibus prius utebantur, antiquandis, illustrissima fuit. Recensebantur publico decreto Legg. tabulæ, et rejectis iis, quæ concordiam modo institutum impedire posse videbantur, novisque latis, quibus opus erat Reip.‡ nova deinceps ratione ex ea tempestate civitas tractari

[Thrasybulo] pro tantis meritis, honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis: quæ, quod amor civium, non vis, expresserat, nullam habuit invidiam, magnaue fuit gloria."

\* Similem Archini constantiam retulit Æsch. c. Ctesiph. p. 82. Edit. Steph. Ἀρχίνος γὰρ ὃ ἐκ Κόλης ἐγράψατο παρανόμων Θερασύβουλον τὸν Στεριεῖα, γράψαντά τι παρὰ τοῦς νόμους, στεφανῶν ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς. Nisi ad hanc ipois-

simam historiam de Lysia alludat Orator, quod non prorsus absimile est.

† Τὸν λοιπὸν ἄκησε χρόνος ἰσοτελεῖς αὐν. Plutarch. in vita. Μηδένα τῶν πολιτῶν μήτε τῶν ἰσοτελεῶν, μήτε τῶν ξένων. Demosth. c. Leptin. Ἰσοτελεῖς Inquilini sunt μέτεοι, quibus μετοίκιον remittebatur, adeoque in tributis pendendis, eadem æstimatione, qua Cives ipsi, censi.

‡ Andocid. de Mysteriis p. 11. Edit. Steph. aliiue.

atque administrari cœpit. Hinc eæ locutiones apud Auctores vetustos, ἄκυρα ὡς τὰ πρὸ Εὐκλείδου,\* et νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, etc. Una cum πολιτεία immutari quoque literaturam, ut vidimus, novasque tabulas novis literis exarari credibile est. Nam tametsi Ionica scriptura, quæ elementis constabat XXIV., domi ante Euclidem Atheniensium quisque uti poterat, ejus tamen in Actis publicis usus non invaluit ante hunc populi reditum, et conversionem Reip. Eas omnes legest recensere, quæ per ista tempora sancitæ sunt, vix esse videtur loci hujusce. Unam tamen aut alteram in medium producam, ut moneam, non omnes, quæ leguntur, Solonis aut Draconis esse leges, aut uno tempore latas.

Præclarum semper facinus apud Athenienses habebatur τυραννοκτονία: Unde scitissimum erat effatum Antiphontis apud Plutarch. (non tamen Rhetoris, sed alterius cujusdam). Cum enim in convivio quæreretur apud Dionysium Siciliæ tyrannum, quodnam æs præstantissimum esset, atque alii aliud dicerent, respondit, istud ἐξ οὗ Ἀρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων πεποιήνται. Verum ex hoc tempore primum legibus erat cautum, teste Lycurgo c. Leocratem,

Ἐάν τις τυραννίδι ἐπιθῆται ἢ τὴν πόλιν προδιδῶ ἢ τὸν δῆμον καταλύῃ τὸν αἰσθανόμενον καθαρὸν εἶναι ἀποκτείναντα.

Non Tyrannum, sed qui Tyrannidem affectabat. Eικότως, ut ibid. disserit Orator: Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀδικημάτων ὑστέρα εἰς τετάρχαι τὰς τιμωρίας· προδοσίας δὲ καὶ δῆμον καταλύσεως, προτέρως. Εἰ γὰρ ποιήσεσθε (male ita exaratur, lege προήσεσθε) τοῦτον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μέλλουσιν ἐκεῖνοι κατὰ τῆς πατρίδος φαυλὸν τι πράττειν, οὐκ ἔστιν ὑμῖν μετὰ ταῦτα δίκην παρ' αὐτῶν (leg. παρὰ τῶν) ἀδικούντων λαβεῖν: κρείττους γὰρ ἤδη γίνονται τῆς παρὰ τῶν ἀδικουμένων τιμωρίας. Eo consilio omnes ad Tyrannidem aditus occluserunt, animumque civilem ultra Solonis scita confirmarunt Athenienses, μόλις εἰς τὴν ἑαυτῶν κατελληλυθότες, πεπειραμένοι καὶ εἰδότες

\* Ἐστὼ ταῦτα ἄκυρα, ὡς περὶ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, ἢ τὰ πρὸ Εὐκλείδου, ἢ εἰ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη ἐγένετο περιεσμία. Æsch. c. Timarch. Καταλυθέντων τῶν τυράνων [X sc.] καὶ γινομένου μετ' αὐτοὺς Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἵνα μὴ μπισικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συζήτας ἐπέκησαν, ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι. Schol. ad Luciani Tyrannum.

† Legum hæc recensio juxta σχ. ineditum Æsch. c. Timarch. instituta fuit propter labem, quam in imperio XXXvirorum acceperunt Solonis instituta. Cujus verba adducam ad historiam horum temporum elucidandam commodissima, quanquam vetustis nonnullis au-

ctoribus de occasione legum reformandarum adversentur. Οἱ ἄ Τύρανοι διὰ Λακεδαιμονίων κατασταθέντες καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν καταλύσαντες ἐλυμήναντο τοὺς Δράκωνος καὶ Σόλωνος νόμους. ἀπολαβὸν οὖν ὁ δῆμος τὴν ἐλευθερίαν εἰλοντο πολίτας ὅσοι σὺν ποτε τοὺς ζητήσαντας καὶ ἀναγρέφαντας τοὺς διεφθαρμένους τῶν νόμων. Τότε ἐψηφίσαντο καὶ νόμους εἰσφέρειν ἀντὶ τῶν ἀπολαβόντων ἐπ' ἄρχοντος Εὐκλείδου, ὃς πρῶτος ἤρξε μετὰ τοὺς ἄ. ἐκεῖνοι γὰρ τὸν τε δῆμον ἐξέβαλον, καὶ τῶν δημοτικῶν τοὺς ἐπιφανεῖς τοὺς μὲν ἐβασάνισαν, τοὺς δὲ ἐφυγάδευσαν ἀφελόμενοι τὴν οὐσίαν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀπέκτειναν ἀκρίτως, ἐπειδὴ δὲ αὐτοὶ καθήρηθησαν, ψήφισμα ἐτίθη περὶ τοῦ ἀμνηστικαίου.



τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐφόδους τῶν τὸν δῆμον προδιδόντων. Verba sunt ejusdem Scriptoris.\*

Hinc porro lux affundetur Demostheni adv. Eubulid. Τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονῶς, ὥστε, εἰ καὶ κατὰ ζήτηρα ἀσπὸς ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτῶν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου. Hinc quoque Isæo de Cironis hereditate fin. Ἐὰν γὰρ ἕξαπατηθῆτε ὑμεῖς, πεισθέντες, ὡς ἡ μήτηρ ἡμῶν οὐκ ἦν πολίτις, οὐδ' ἡμεῖς ἐσμέν' μετ' Εὐκλείδῃ γὰρ ἀρχοντα γεγονάμεν. Nam eo Prætoze legem tulit Aristopho,

Civem non censori nisi qui matre libera natus fuerit.

Ἄριστοφῶν ὁ ῥήτωρ ὁ τὸν νόμον εἰσενεγκὼν ἐπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος,

Ὅς ἂν μὴ ἐξ ἀσπῆς γένηται νόθον εἶναι,

αὐτὸς ἀπέδειχθη ὑπὸ Καλλιᾶδου τοῦ Κωμικοῦ ἐκ Χωρίδος (f. Χλωρίδος) τῆς ἐταίρας παιδοποιησάμενος, ὡς ἱστορεῖ Καρύστιος ἐν τρίτῳ ὑπομνημάτων. Athen. l. 13. p. m. 285. Ergo in ætate ante Thrasybuli reditum, visum est ex alterutro parente ingenuo ingenuum nasci, deinde non ita. Vide plura apud Demosth. c. Timocratem, et Ulpian. ad loc. Andoc. de Mysteriis ceterosque. Meursius de Archontibus Atticis male refert Aristophontis legislationem ad præturam prioris Euclidis. Et credibile est tunc temporis a quibusdam fuisse actum, ut sauciam Remp. non modo novis legibus sanarent, verum novam etiam faciem inducerent. Phornisius enim rogationem tulit, περὶ τοῦ καταλῦσαι τὴν πατριον πολιτείαν, cui oratione scripta restitit Auctor noster, ut liquet ex Dionysio Halic. in Vita, atque ex istius orationis reliquiis.

In publica istorum temporum memoria ideo diutius hæsi, quoniam res complectitur exitu graves, utraque fortuna notabiles, et varietate, præsertim in tam brevi temporis curriculo, pene incredibiles. Adhæc malui ea, quæ historiam istius ætatis illustrare posse videntur, hic concludi, quam commentatorem agere, et paginam utramque Lysiæ Annotationum mole obruere. Quæ supersint ad scriptorem nostrum spectantia ubi expedivero, finem faciam.

Obiit Athenis Olymp. C, 2. (vel 3.), annos natus LXXX. (vel LXXXI.) biennio post Demosthenem natum.† Unde miror, cum hæc adeo liquido a vetustioribus tradantur, egregiam istam inconstantiam in Plutarcho. Ἐτελεύτησεν ὀγδοήκοντα τρία ἔτη βιούσ' ἢ, ὡς τινες, ἕξ καὶ ἑβδόμηκοντα, ἢ, ὡς τινες, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἰδὼν Δημοσθένην μειράκιον ὄντα.

Orationes videtur exarasse in extrema senectute. Quarum enim ætatem eruere possumus, eæ omnes post XXXviratum conficie-

\* Plura vide apud Andocid. de My- † Dionys. Halic. in vita. steriis.

bantur. Paucissimas ipse in concione aut in curia dixit: τοῖς ἰδιώταις τοῖς πολλοῖς ἐκδούς. Plutarch. in Vita, ubi legendum, ut Photius habet τοὺς πλείους. Memorabile de ea re retulit idem Plutarchus de Garrulitate (si idem sit): Λυσίας τινὲ δίκην ἔχοντι λόγον συγγράψας ἔδωκεν ὁ δὲ πολλάκις ἀναγνοὺς ἦκε πρὸς τὸν Λυσίαν ἀθυμῶν καὶ λέγων, τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ διεξιόντι θανμαστὸν φανῆναι τὸν λόγον, αὐθις δὲ καὶ τρίτον ἀναλαμβάνοντι παντελῶς ἀμβλὸν καὶ ἄπρακτον. Ὁ δὲ Λυσίας γελάσας, Τί οὖν, εἶπεν, οὐχ ἅπαξ μέλλεις λέγειν αὐτὸν ἐπὶ τῶν δικαστῶν;

Scholam quoque aperuit et Rhetoricam docuit, si Plutarcho et Ciceroni fides.\* Neque docuit solummodo, verum et ejus rei disciplinam literis mandavit, quoniam τέχνας ejus ῥητορικὰς laudari ab Antiquioribus video, Plutarcho, Suida, etc.

Imaginem ejus apud Fulvium Ursinum in marmore si consideremus, videtur fuisse senex, oris majestate simul, ut virili quadam pulcritudine, venerandus. Dimanavit quoque ad posteros nonnulla istius rei memoria, cum venustatem vultus, aut saltem fidem vulgo de ea receptam haud obscure innuat Aristides Serm. Sacr. 4. his verbis: Σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων παλαιῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπὶ λόγοις ὑπῆρξέ μοι θεάσασθαι, ὁμοίως λογοποιούς τε καὶ ποιητάς. Τὸ δὲ τοῦ Λυσίου καὶ διηγήσεως ἄξιον. ἔκαμνον γὰρ τριταίῳ οἴῳ βαρυτάτῳ, καὶ ὄρῳ Λυσίαν τὸν ῥήτορα, νεανίσκον οὐχ ἄχαριν. ἐπῆει δὲ ἡ τῆς καταβολῆς ἡμέρα, καὶ ὁ πυρετὸς οὐκ ἐπεγένετο, ἀλλ' ἐλύθη τὸ νόσημα ἐν τούτῳ.

Memorant Athenæus† et Plutarchus,‡ ad eamque rem confirmandam testimonio Demosthenis c. Neæram utuntur, Auctorem nostrum cum Metanira consuesse, postea autem, relicta uxore illa usuraria, domum duxisse Brachylli fratris filiam. Neque Metaniram solum habuit, verum et Lagidem quoque, si fides habenda sit eidem Athenæo, ibid. Ἡττητο δὲ καὶ ὁ Λυσίας Λαγίδος τῆς ἐταίρας, ἧς ἔγραψεν ἐγκώμιον Κέφαλος ὁ ῥήτωρ. Quod ad Metaniram attinet, fratrisque filiam domum pro uxore ductam, ita accipe ex dicta oratione Demosthenis, ubi inter cetera elucescet mala fide descriptam fuisse a Plutarcho. Verum hoc leviusculum. “Nicareta Charisii§ Elei liberta VII. domi puellas habuit, meretriculas, et prostibulas, unde victum quæritabat: Antiam, Stratolam, Aristocleam, Metaniram, Philam, Isthmiada et Neæram. Lysias, qui Metaniram deperibat, ratus, beneficiorum, quæ in amicam conferre solebat, plurima a domina esse intercepta, adeoque gratum illi aliquid facere cupiens, et quod vetula intervertere nequibat, initiare voluit. Nicaretam igitur oravit, ut Metaniram secum Athenas ad Mysteria

\* Παραγενόμενος εἰς Ἀθήνας [Isæus] καὶ σχολάσας Λυσία. Plutarch. in Isteo. “Lysiam primo profiteri solitam artem esse dicendi: deinde, quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem jeju-

nior, orationes eam scribere aliis cœpisse, artem removisse.” Cic. Brut. 48.

† l. 13.

‡ In Vita Lysiae.

§ Χαρισίου Demosth. Κατίου Athen.

duceret. Eæ tum Corinthi habitabant. Verum ubi domum ad se recipere noluit, reveritus sc. uxorem Brachylli fratris filiam, atque etiam matrem suam natu grandem, quæ in iisdem ædibus habitabat, mulierculas ad Philostratum Coloneum, amicum suum et familiarem, deduxit. Una cum his sequebatur Νεæρα, ἐργαζομένη μὲν ἤδη τῷ σώματι, νεωτέρα δὲ οὖσα." Hæc Demosthenes. Habita est ea Oratio *contra Stephanum* quendam, qui, ut Metaniram Lysias, Νεæρα[m] amavit, et præter leges Atticas, mulierem peregrinam in loco uxoris habuit. Emendo hac occasione Athen. l. toties citato, Νικαρέτη δὲ ἡ ἑταῖρα (lege Νεάιρα, nam Nicareta erat Iena, quæ ex Νεæρα quæstum fecit) ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάιρα. Sed hoc obiter. Contendo, quod longe gravius est, ex historia ipsa apparere, hæc ad nostrum pertingere non posse, adeoque duos fuisse Lysias ætate non longe dissitos, quorum res gestæ et fortasse ingenii monumenta incaute ab aliis, etiam vetustis scriptoribus, misceri et confundi solebant. Oratori nostro Brachyllus frater non erat, verum Polemarchus et Euthydemus. Res ipsa constat ex Dionysio Halic.,\* nomina ex Platone.† Qui Brachyllum memorat primus, Plutarchus est, vel potius Plutarchi simius, qui ex hoc Demosthenis loco tertium fratrem, Brachyllum nomine, eruit. Accedit, quod qui Metaniram habuit, non Rhetor aut Orator dicitur, sed Sophista,‡ disciplinæ longe diversæ, studii et ingenii genere plane alienus. Λυσίας γὰρ ὁ σοφιστής, Μετανείρας ὢν ἐρυστής, et quæ sequuntur. Demosth. l. c. Et, quod est adhuc expressius, non solum Sophista vocatur ab Athenæo in eadem historia, sed quodammodo Rhetori ex adverso opponi videtur. Νεάιρα δὲ ἡ ἑταῖρα ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάιρα.

Subductis temporum rationibus, clarius ea, quæ dico, evinentur. Νεæρα, contra quam scripsit orationem istam Demosthenes, adeoque Demostheni σύγχρονος, minima erat ætate, cum Lysias Orator in extrema senectute diem supremum obiit. Cum igitur Corintho Athenas, una cum Metanira profecta est, jam grandiuscula, utpote quæ occæperat quæstum, accersente porro homine, qui domi matrem habuit superstitem, qui accersivit, noster non potuit esse. Porro habita est ea causa c. Νεæρα[m] longe post res Olynthiacas;

\* In Lysia, juxta init. εἰς Θεοφίλου ὄχρετο πλείων σὺν ἀδελφοῖς δυοσί. Si tertius fuisset frater, qui domi mansit, annon scripsisset σὺν ἀδελφῶν δυοσί; Eod. modo Suid. σὺν ἀδελφοῖς δύο.

† De Republica.

‡ Aristidis locus, quem adducturus sum, tum id ostendit, Lysiam vix Sophistam vocari potuisse, tum id quoque, quinam apud antiquos et qua de ratione, Sophistæ vocabantur. Οὐ Λυσίας Πλάτωνα σοφιστὴν

καλεῖ, καὶ πάλιν Αἰσχίνην (i. e. Socraticum); κατηγορῶν οὗτός γε φαίη τις ἂν, ἀλλ' οὐχ οἷγε ἄλλοι κατηγοροῦντες ἐκείνων τῶν ἄλλων (i. e. τῶν ἄλλων) ὅμως αὐτὸν τούτῳ προσεβήκασι αὐτούς. "Ἐτι δὲ εἰ καὶ Πλάτωνος ἔξῃν κατηγοροῦντα σοφιστὴν προσεπειν, τί τούτους γ' ἂν εἴποι τις; ἀλλ', οἶμαι, καὶ Σοφιστῆς ἐπιεικῶς κοινὸν ἦν ὄνομα, καὶ ἡ φιλοσοφία τούτ' ἐδύνατο, φιλοκαλία τις εἶναι καὶ διατριβὴ περὶ λόγου, καὶ οὐχ ὁ νῦν τρέσως οὗτος, ἀλλὰ παιδεία κοινῶς. Aristid. c. Plat. 2.



quarum meminit Orator, inimicitiarumque cum Philippo susceptarum, eo modo, quo quis rerum in superiori ætate gestarum meminisse solet: In Olymp. CVII, 4. incidunt Olynthiaca XXX. post Lysiæ decessum anno. Attamen in hac ipsa causa producitur testis Philostratus, cujus familiaritate utebatur Lysias ille (quicumque fuerit), qui Metaniram initiavit. Φιλόστρατος Διονυσίου Κολωνήθεν μαρτυρεῖ — καταστῆσαι ὡς αὐτὸν Λυσίαν τὸν Κεφάλου, φίλον ὄντα αὐτῷ καὶ ἐπιτήδειον. An hæc convenire satis videantur?

Ad Sophistam igitur Lysiam (si quis in ea ætate fuerit, fuisse autem alium Lysiam ex ratione temporum patebit) credo ea omnia pertinere, quæ sub Lysiæ Ἐρωτικῶν nomine laudantur a vetustis scriptoribus; cujusmodi sunt *Epistolæ*, quæ olim circumferebantur, *Amatoriæ*, maxime autem Oratio illa (sive potius Sermo) ἐρωτικός, quæ integra conservatur in Platonis Phædro.\* Eam si quis arbitretur proficisci posse ex eadem manu, qua profectæ sunt Orationes, quas hodie publici juris facimus, eum non κρίσει aut acumine, sed omnibus potius sensibus orbum esse iudico. Talem æmulum, Sophistam sc., nancisci potuit Isocrates, qui sæpius Sophistæ, quam Oratoris personam sustinuit; unde ducor, ut ea quoque, quæ de eorum inimiciis vel æmulatione dicuntur, Rhetori nostro abjudicem.†

Quæ fortasse Crisis (seu commentum fortasse mavis dicere) expedit quodammodo inextricabile istud portentum, quod sub nomine Epigrammatis in Lysiam conservavit Plutarchus. Nam si reputemus, quam dubia fide monumenta Vett. descripsit neotericus ille magni nominis adumbrator (qui etiam potuit, neque inclementer ago, vel plura Epigrammata conflare, vel unum discerpere), et præterea si advertamus, hæc, quæ sequuntur, de eo dici potuisse, cujus levissima notitia ad nos devenit, Sophistam intelligo, tolerabiliora fortasse videbuntur, quæ in hunc diem præstantissimorum hominum acumen elusere. Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαῖδρῳ, ὡς δεινοτάτου εἰπεῖν, καὶ Ἰσοκράτους πρεσβυτέρου. Ἐποίησε

\* Βουλῆθεῖς ὁ ἀνὴρ [Plato] ἐπιδείξασθαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἣν εἶχεν ἐν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις, οὐκ ἠρέσθη ταῖς ἄλλαις γραφαῖς, ἀλλὰ καὶ κρείττιστον (ἢ ἀλλὰ καὶ εἰς vel πρὸς κρείττιστον) τῶν τότε ῥητόρων ἕτερον αὐτὸς ἐν τῷ Φαῖδρῳ συνετάξατο λόγον, ἐρωτικὸν εἰς τὴν ἰσότησιν, καὶ οὐδὲ ἄρχει τοῦτου προελθῶν ἐπαύσατο καταλιπὼν ἐν τοῖς ἀναγνωστομένοις τὴν διάγνωσιν, ἐπιτότερός ἐστι κρείττων λόγος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀμαρτημάτων ἤφατο τῶν Λυσίου, τὰς μὲν λεκτικὰς μαρτυρεῖ τῷ ἀνδρὶ ἀρετὰς, τῶν δὲ πραγματικῶν ἐπιλαμδανόμενος. Dionys. Halic. Epist. ad Pomp. Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὕτε κατὰ τὴν εὔρεσιν ἰπαιῶν καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν (ἢ ἀπαγγελίαν) ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ἰνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως

ἕκαστον ἀποτετόρνευται. Plutarch. de Auditione. “Alius ait, hoc me primum doce: item alius, hoc volo, inquit, discere, istud nolo. Hic a Symposio Platonis incipere gestit propter Alcibiadis comissionationem, ille a Phædro propter Lysiæ orationem.” Gellius I. 9. Vid. Maxim. Tyr. Dissertat. VIII., Hermogenes de Ideis Orationis et σχ. ad locum, Aristid. c. Plat. 1. et de paraphthegm., Theo c. 2.

† Ἰσοκράτης ἀντισοφιστεύει Λυσίαν, καὶ Γοργιάζει. Schol. Hermog. p. 401. Ἄλλα μὲν καὶ Ἰσοκράτης ὁ τῶν ῥητόρων αἰδημονέστερος Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ Καλλὴν, ὡς Λυσίας Ἰστορεῖ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς. Athen. l. 13.

δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα Φίλισκος, ὁ Ἰσοκράτους μὲν γνώριμος, ἐταῖρος δὲ Λυσίου, δι' οὗ φανερόν, ὡς προέλαβε τοῖς ἔτεσι, καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένων ἀποδείκνυται. ἔχει δὲ οὕτως,

Καλλιόπης θυγάτηρ, πολυηγόρε, φροντιδί δέϊξαι  
 Εἴ τι φρονεῖς \* \* καὶ τι περισσὸν ἔχεις.  
 Τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεταρμοσθέντα, καὶ ἄλλοις  
 Ἐν κόσμοισι βίον σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,  
 Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινὰ Λυσιεῖαῖμον,  
 Δόντα καταφθιμένον καὶ σοφῶ ἀθάνατον  
 Ὅς τοτ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι  
 Καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετῆν.

Quæ ne plane intentata relinquamus, habe B. L. ad vexatissimum ἀποσπασμάτων Cl. Marklandi conjecturas. En tibi Ipsius Verba. “Corruptissimi hujus Epigrammatis hoc propositum esse videtur: Compellat Musam suam Philiseus, et dicit, Ipsam debere carmen componere in defuncti Amici sui Lysike Statuam quandam, quæ, ut videtur, sub Juvenis specie effingebatur. ideo autem Ipsam accurate hoc facere debere, ut et Diis probet sincerum animi sui affectum erga mortuum Sodalem; et simul, ut Hominibus ostendat, quanta Lysie Virtus fuerit. Hæc Philiseus, pulcro et laudabili argumento Epigrammatis; cujus verba ita lego:”

Καλλιόπης θυγάτηρ πολυηγόρε, φροντιδί δεῖξαι  
 Εἴ τι φρονεῖς πινυτὸν, καὶ τι περισσὸν ἔχεις.  
 Τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεταρμυσθέντι, καὶ ἄλλοις  
 Σὺν κόσμοισι νέου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,  
 Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινὰ Λυσίεα ἕμνον  
 Δόντι καταφθιμένων, καὶ ζόφον Ἀθανάτοις  
 Ὡς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι,  
 Καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετῆν.

*Calliopes filia multiloqua, curâ tuâ ostendes  
 Si quid sapiens, cogitas, et quid eximium habes:  
 In aliam enim speciem qui transmutatus fuit, et, aliis  
 Cum ornatibus juvenis, corpus qui accepit diversum,  
 Oportet te, quæ præco es virtutis, parere aliquod carmen  
 Lysie,\*  
 Qui subiit regionem defunctorum, et tenebras: Diis  
 Ut et animi mei studium erga sodalem ostendas omnibus,  
 Et defuncti omnibus mortalibus virtutem.*

“In tertio versu et sequentibus Ordo Verborum hic est: Δεῖ γάρ σε, κήρυκα ἀρετῆς, τεκεῖν τινὰ ἕμνον τῷ Λυσίεα μεταρμυσθέντι ἐς ἄλλο

\* Rectius forte vertatur: Oportet et κήρυκα, non σε κήρυκα. [Ita Markland virtutis præconem parere—carmen: ἕμνον ipse in Addendis.]

σχῆμα, καὶ λαβόντι ἕτερον σῶμα, σὺν ἄλλοις κόσμοισι νέον' Λυσία, ἰνὴquam, δύντι καταφθιμένων, καὶ ζόφον. Statuas vero Lysiae sub Juvenis (νέου) specie formari solitas fuisse (quod et in aliis Viris Illustribus saepe factum) innuere videtur locus Aristidis Serm. Sacr. IV. p. 335. Ed. Iebb. ubi in somnis se vidisse ait Λυσίαν τὸν ῥήτορα, νεανίσκον οὐκ ἄχαριν. Lysias vero *senex* mortuus est: adeo ut non concipi possit, quid velit Aristides per istud νεανίσκον, nisi alludat ad Lysiae Statuas hujuscemodi, quas saepe vidisse, et visas in somnis agnovisse, contigerat. Δύντι καταφθιμένων, sc. χώραν quæ locutio et Ellipsis frequens est. sic δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων invenies eum in Jovis vel beatorum habitatione: ex Antholog. III, 6. p. 308. edit. Brodæi. ζόφος pro *Infernis tenebris*, apud Lucianum in Dial. Mort. et alios saepe occurrit. In versu secundo supplevi πινυτὸν ex mera conjectura. alius forte aliter, et melius: in ceteris nihil difficultatis. Conjectura vero ista, νέου pro βίου, probe scio, quam infirmo talo stet: sed in hujusmodi locis obscuris et desperatis major datur licentia; et, si fallaris, venia paratior. Suspiciatus sum aliquando ista, ἄλλο σχῆμα, et ἕτερον σῶμα, non ad Lysiae statuam aliquam referri, sed ex Metempsychosi Pythagorica explicari debere: ita ut ἄλλοις ἐν κόσμοισι, esset, *aliis in mundis*. Sed et sic, de voce βίου adhuc quærendum, an βιοῦν scribendum? *ut vivat aliis in mundis.*"

"Nonnulla alia leviora omitto, præsertim in Spiritibus et Accentibus. Sed inter gravissima numerari, et mutatum vellem, si quid inclementius dictum videatur in Cl. Andr. Schottum, Virum de Re Literaria optime meritum."



# ΛΥΣΙΟΥ ΒΙΟΣ,

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΩΝ.

ΕΚ ΤΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ.\*

Pag.  
ed. Tayl.  
Ixii

Α. ΛΥΣΙΑΣ ὁ Κεφάλου Συρακουσίων μὲν ἦν γονέων, ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρὶ, καὶ συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων· ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα γεγονώς, εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς, δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· καὶ διετέλεσεν αὐτόσι πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ μέχρι τῆς συμφορᾶς τῆς κατασχούσης Ἀθηναίους ἐν Σικελίᾳ. μετ' ἐκείνο δὲ τὸ πάθος στασιάζαντος τοῦ δήμου, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀττικισμὸν ἐγκληθεῖσι καὶ παραγεγόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἔβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἂν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διετέλεσε τὰς διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνησι. πλείστους δὲ γράφας λόγους εἰς δικαστήριά τε καὶ βουλὰς καὶ πρὸς ἐκκλησίας εὐθέτους, πρὸς δὲ τούτοις πανηγυρικοὺς, ἐρωτικοὺς, ἐπιστολικοὺς, τῶν μὲν ἔμπροσθεν γεγεννημένων ῥητόρων, ἧ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων ἠφάνισε τὰς δόξας· τῶν δὲ ἐπιγενομένων οὐ πολλοῖς τισὶ κατέλιπεν ὑπερβολὴν, ἄτ' ἐν ἀπάσαις ταῖς ἰδέαις τῶν

Ixiii

\* Præter Hudsonianos nonnulli alii Codd. MSS. in quibus exaratur luculentissimum hoc de Lysia testimonium, puta in Laurentiana bibliotheca unus (LXX. 19.), in Palatino-Vaticana alter (CXXXIV. 4.), Plutarcho id. per errorem assignant. Nescio, unde desumptæ sunt Variæ Lectiones, quas in Editione Rhetorum Aldina suppeditavit Bibliotheca Regia Cantabrigiensis. TAYLOR.

Α. Θουρίους] Hæc urbs olim fuerat appellata Sybaris. de qua v. Dionys. Alex. p. 61. ed. Rob. Steph. Eam funditus eversam a Crotoniatis docet ad h. l. Eustathius, qui de colonia Græciæ hæc habet: Ὑστερον δὲ τῆς πόλεως συνοικισθεῖσης ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ

ἄλλων Ἑλλήνων, Θούριαι προσηγορεύθησαν ἀπὸ κρήνης τινὸς ὀμανύμου. et paulo post: Ὑστέρω μὲντοι χρόνω οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Θούριον, ὡς εἴρηται, μετωνόμασαν. καὶ ἔστιν ἡ εἰς Θούριον ἀποικία πολλὴ ἐν ταῖς ἱστορίαις. Vide etiam de hac Colonia Meursium de fortuna Athen. p. 44, 45. Postea multi in illam urbem contulerunt se securitatis causa. quod de Alcibiade Nepos VII. 4. 4. dicit, et de aliis Andocides contra Alcibiadem p. 30. v. 29. ed. Steph. τοιγάροτι διὰ ταῦτα (propter tributum imperatum ab Alcibiade), πολλοὶ τὴν πατρίδα τὴν αὐτῶν ἀπολιπόντες, φυγάδες γίνονται καὶ ὡς Θουρίους οἰκίσοντες ἔρχονται. MATTHEI.

λόγων, καὶ μὰ Δί' οὔτοιγε ταῖς φανλοτάταις εὐδοκιμῶν. τίμη δὲ κέχρηται χαρακτήρι λόγων, καὶ τίνας ἀρετὰς εἰσηνήκεται, τίμη τε κρείττων ἐστὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀκμασάντων, καὶ πῆ καταδέεστερος, καὶ τί δὲ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ, νῦν ἤδη πειράσομαι λέγειν.

β'. Καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνν, καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανὼν, οὐ τῆς ἀρχαίας, ἢ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ὡς ἐστὶ τεκμηρίασθαι τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου, καὶ ἄλλοις συχοῖς. κατὰ τοῦτο μὲν δὴ τὸ μέρος, ὕπερ ἐστὶ πρῶτον καὶ κυριώτερον ἐν λόγοις, λέγω δὲ, τὸ καθαροῦν τὴν διάλεκτον, οὐδεὶς τῶν μεταγενεστέρων αὐτὸν ὑπερεβάλετο· ἀλλ' οὐδὲ μιμήσασθαι πολλοὶ δύναμιν ἔσχον, ὅτι μὴ μόνος Ἰσοκράτης. καθαρῶτατος δὴ τῶν ἄλλων, μετὰ γε Λυσίαν, ἐν τοῖς ὀνόμασιν οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ γενέσθαι ὁ ἀνὴρ. μίαν μὲν δὴ ταύτην ἀρετὴν ἀξίαν ζήλου καὶ μιμήσεως εὐρίσκω παρὰ τῷ ῥήτορι· καὶ παρακελευσαίμην ἂν τοῖς βουλομένοις καθαροῶς γράφειν, ἢ καὶ λέγειν, ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ποιεῖσθαι παράδειγμα ταύτης τῆς ἀρετῆς.

γ'. Ἐτέραν δὲ, οὐδὲν ἐλάττω ταύτης, ἦν πολλοὶ μὲν ἐζήλωσαν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων, οὐδεὶς δὲ βεβαιοτέρων ἐπεδείξατο. τίς δ' ἐστὶν αὕτη; ἢ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα. ἦκιστα γὰρ

β'. Τεκμηρίον] Τεκμηρίασθαι recipiendum videtur. nam τεκμηρίον aliam constructionem postulat. IDEM.

Κυριώτερον] Lege κυριώτατον. et ita Sylburg. MARKLAND. Non est repudianda lectio vulgata, quam et hic, et alibi tuentur omnes codices et editiones principes. Saepe enim diversa eīdē (gradus) junguntur. Sic Dionysius ed. Sylburg. p. 94. 15. τὰ πρῶτα καὶ κυριώτερα. ubi male Sylburg. contra auctoritatem editionis Mediolanensis, Hag. Ald. 1, 2. Steph. 1, 2. Basil. 1, 2, 3. et Wolf. scripsit κυριώτατα. p. 94. 42. κατασκευῆς καὶ βραδυτέρας. p. 94. 37. τὴν κοινὴν καὶ συνθεσάτην. MATTH. Non obloquar viro literatissimo. Verum tamen tenendum hoc est, facillime potuisse in hujusmodi causis errores subreperere ex eo, quod librarii Graeci conserunt terminationes comparativorum et superlativorum eadem sigla exprimere, ut saepissime causae dubitandi incidant gravissimae, et testimonia quamvis multarum editionum, quarum omnes posteriores ex una principe derivatae sunt, quocirca consensus earum omnium non potest nisi pro unico suffragio haberi, contra necessitatem e natura rei et modo loquendi existentem nil valeant. REISK.

Μίαν] Id est, πρῶτην, quo pacto loqui amant Hebraei et N. F. Scriptores. Sequi-

tur enim, ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν, et τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι. TAYLOR.

Ζήλου] Lego ζήλου καὶ μιμήσεως, vel, ζήλου τε καὶ μιμήσεως, ut in Lib. de Thucyd. Idiom. ταῦτα ἀξία ζήλου τε καὶ μιμήσεως ἐφάνη. Sic De Struct. Orat. segm. XXVI. ζήλου καὶ σπουδῆς ἐπιτίθειον τυγχάνειν ὀνομαί. MARKLAND.

γ'. Ἐτέραν] Scil. ἀρετὴν εὐρίσκω, quod praecessit, et repeti debet. Sine causa igitur Sylburgius inserere vult verbum ἀποφαίνομαι. IDEM.

ἦκιστα] Hunc locum respicit Scholiastes Her mogenis p. 478. laudans Dionysium ἐν τῷ περὶ μιμήσεως, quo nomine etiam laudat p. 411. hunc ipsissimum tractatum Dionysii de vita et scriptis Lysiae. Scripsit sane Dionysius περὶ τοῦ, τίνας ἀνδρας μιμῆσθαι δεῖ, ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους, ἱστοριογράφους καὶ βήτορας. Epist. ad Cn. Pomp. Neque scripsit sollemnmodo, sed edidit: Ἐν τοῖς προεκδοθεῖσι περὶ τῆς μιμήσεως ὑπομνηματισμοῖς. Judic. de Thucyd. init. ubi plura. Hujus operis reliquiae sunt, quae legimus de Lysia, ejusque character dicendi, de Isocrate, et Isæo. Quicumque enim conferet notitiam, quam de eo opere imitationis reliquit Dionysius, cum his commentationibus (maxime in initio) reperiet unum esse opus — Ὑπόθεσιν τοῦ λόγου κοινὴν καὶ

ἂν τις εὖροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον. καὶ οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἐπαινεῖν ἄξιον· ἀλλ' ὅτι καὶ περιττὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι, καὶ ποιητικῆς οὐχ ἀπτόμενος κατασκευῆς. τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι, τοῖς ὅλοις ἐξήλλαττον ἰδιώτην, καὶ κατέφευγον εἰς τὴν ποιητικὴν φράσιν, μεταβολαῖς τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις, ὀνομάτων τε γλωττημα- Ixiv  
τικῶν καὶ ξένων χρήσει, καὶ τῶν οὐκ εἰωθότων σχηματισμῶν τῇ διαλλαγῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην. δηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντίνος, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικῆν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν, καὶ οὐ πύρρῳ διθυράμβων ἕνα φζεγγόμενος, καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστῶν οἱ περὶ Λικύμνιον τε καὶ Πῶλον. ἤψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ρητόρων ἡ ποιητικὴ τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιος φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἠνίκα Ἀθήμαζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοιτας

φιλόδηρον καὶ πλεῖστα δυναμένην ὠφελῆσαι λαβάν. ἔστι δὲ ἤδη, τίνες εἰσὶν ἀξιολογῶνται τῶν ἀρχαίων ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων, καὶ τίνες αὐτῶν ἐγένοντο προαίρεσις τοῦ τε εἶου καὶ τοῦ λόγου καὶ τί παρ' ἐκάστῳ δεῖ λαμβάνειν ἢ φυλάττεσθαι. Sed evenit, ut, cum hic Lysiam, ille Isæum, alius alium ex Dionysio exhiberet, divulsa hæc tabulata, ut in naufragia magna nave faliscente, quænam aut unde essent ignorarentur. TAYLOR.

Ἀσπτόμενος] Vel forte ἀπτομένοις, scil. ὀνόμασι. MARKLAND.

Ἄλλ' οἱ βουλόμενοι] Locum sic lego: ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι τοῖς λόγους ἐξήλλαττον ἰδιώτην. Τοῖς λόγους legit Sylburgius etiam ad Dionys. et Victor. ad Aristot. Rhetor. qui habet et τὸν ἰδιώτην, pariter ut Cant., Wolf. ἰδιωτικῆν, nulla necessitate. Lysiam. enim in seqq. οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι, et alibi, τὴν πρὸς ἰδιώτην ἔχειν ὁμοιότητα. TAYLOR. Repete syllabam postremam vocis penultima, ἐξήλλαττον τὸν ἰδιώτην, scil. λόγον. sic infra: τὸν δὲ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι λαμβάνει. Iterum: ἡ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων ἡδῶν, μιμουμένη τὸν ἰδιώτην. Diog. Laertius Stipone: ἦν δὲ ὁ Στίλπιων καὶ ἀφελῆς καὶ ἀνεπίπλαστος, πρὸς τε τὸν ἰδιώτην εὐθετός. vide eundem in Platone, ubi λόγος dividitur in πολιτικὸν, ῥητορικὸν, ἰδιωτικὸν, etc. quem et ἰδιώτην passim appellant Scriptores: ut non opus sit Wolfii τὴν ἰδιωτικὴν. MARKLAND. In ed. Roberti Stephani, Ald. et Sylburg. locus sic distinctus legitur: προσεῖναι τοῖς ὅλοις, ἐξήλλαττον ἰδιώτην. Hinc primus Sylburg. le-

gendum censuit τοῖς λόγοις. Sed Henr. Stephanus bene locum distinctit, ut nunc legitur apud Taylorum et Heid.,posito commate post ὅλοις. Ergo locus non eget emendatione τοῖς ὅλοις, i. e. διόλου, ὅλωσ. Sic Diogenes Laert. de Aristotele p. 177. ed. Steph. τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο, et apud alios, v. c. Demosthenem, sæpe sic occurrit. Cæterum scribendum est τὸν ἰδιώτην. Tantum de verbis. De re, v. Aristot. Rhetor. III. 1. 26, 27. ἐπεὶ δ' οἱ ποιητὰ λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν ποιήσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου, καὶ ἵν' ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδευτῶν τοὺς ταυτοῦτες οἰεῖται τὴν ταυτοῦτες διαλέγεσθαι κάλλιστα. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστὶ. MATTHI.

Ἠψατο δὲ — ἡ ποιητικὴ — φράσις] Pro ἤψατο δὲ καὶ οἱ Ἀθ. ῥήτορες τῆς ποιητικῆς τε καὶ τροπικῆς φράσεως, c. paulo post, ἤψατο Ἰσοκράτης αὐτῆς. utrumque recte. IDEM.

Ἠνίκα] Dignus est hac de re locus apud Hermogenis Scholiasten p. 6. qui adscribatur, præsertim cum is in paucorum manibus versetur. Γοργίας δὲ τις Λεοντίνος (Λεοντῆ δὲ ἐστὶ πόλις τῆς Σικελίας) μαθητεύει τῷ σιτία [lege Τισία] καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν ὑποστρέφει οἰκᾶς, εἰσῶμεν δὲ καὶ πᾶς ἐν Ἀθῆναις ἤμασεν ἡ ῥητορικὴ. γενομένου πολέμου μεταξὺ Λεοντιῶν καὶ ἄλλων ἐπιχερῶν, ἐδέδησαν οἱ Λεοντῖνοι συμμαχίας ἐκ τῶν Ἀθηναίων· καὶ δὴ βουλευόνται, τίνα ὠφελον στείλαι ἱκανὸν πρὸς αὐτοὺς, καὶ πέμπουσι τὸν Γοργίαν πρὸς Ἀθηναίους, ὡς εἰδὸτα τὸ πείθειν. ἐλθόντος δὲ τοῦ Γοργίου εἰς Ἀθῆνας, ἐπεδείξατο ἐκεῖ λόγον καὶ εὐδοκίμησε πάνυ, ὥστε, ἠνίκα ἐπεδείξατο λόγον ὁ Γοργίας, ἑορτὴν ἀπρακτὸν ἐποίησαν



ἐν τῇ δημηγορίᾳ· ὡς δὲ τάλιψές ἔχει, ὁ καὶ παλαιότερον αἰεὶ θυμαζόμενος Θουκυδίδης τοῦνομα, δαιμονιώτατος τῶν συγγραφέων, ἐν τε τῷ ἐπιταφίῳ καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος, ἐν πολλοῖς ἐξήλλαξε τὴν ἐρμηνείαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον. Λυσίας δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἤσκησεν (ἐν γοῦν τοῖς σπουδῇ γραφομένοις δικανικοῖς καὶ συμβουλευτικοῖς λόγοις) ποιῆσαι πλὴν εἴ τι μικρὸν ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς. περὶ γὰρ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἐταιρικῶν, καὶ τῶν ἄλλων, οὐς μετὰ παιδείας ἔγραψεν, οὐδὲν δέομαι λέγειν. ὁμοίως δὲ τοῖς ἰδιώταις διαλέγεσθαι δοκῶν, πλείστον ὅσον ἰδιώτου διαφέρει. καὶ ἐπεὶ ποιητὴς κράτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως, ἰδίαν τινὰ λόγων εὐρηκῶς ἀρμονίαν, ἣ τὰ ὀνόματα κοσμεῖ τε καὶ ἠδύνει, μηδὲν ἔχοντα ὄγκῶδες μηδὲ φορτικόν. ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν κελεύω παρὰ τοῦ ῥήτορος τούτου λαμβάνειν, εἴ τινες ἀξιοῦσι τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ διαλέγεσθαι τρόπον. ἐγένοντο μὲν οὖν πολλοὶ τῆς προαιρέσεως ταύτης ζηλωταί, συγγραφεῖς τε καὶ ῥήτορες· ἔγγιστα δὲ αὐτῆς μετὰ Λυσίαν ἦψατο τῶν πρεσβυτέρων νέος ἐπασκήσας Ἴσοκράτης· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, προσωτέρω τούτων σκοπῶν, ἐτέρους ῥήτορας ἰσχὺν καὶ δυνάμειν τοσαύτην ἐν ὀνόμασι κυρίοις καὶ κοινοῖς ἀποδειξαμένους.

δ'. Τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι περὶ τὸν ἄνδρα τὴν σαφήνειαν, οὐ μόνον τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν. ἔστι γὰρ τις καὶ πραγματικὴ σαφήνεια, οὐ πολλοῖς γινώριμος. τε-

οὶ Ἀθηναῖοι, καὶ λαμπαδάς τοὺς λόγους αὐτοῦ ὀνόμασαν. κατέσχον δὲ αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, τὴν συμμαχίαν πέμψαντες ἐν τῇ Λεοντίῃ [fort. Λεοντῇ, ἐν αὐτῇ προ εἰς]. κατ' ἐκείνο δὲ καιρῷ [Leg. κατ' ἐκείνον δὲ καιρὸν] πολλοὶ τῶν Ἀσπυαίων τὴν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διασπερφάντων ἐάσαντες αὐτὴν τὴν φιλοσοφίαν [hæc duo vocabula τὴν φιλοσ. abundant] τὴν ῥητορικὴν ἐπαίδευσον. διόπερ φασὶ καὶ Πλάτωνα διαφθοροῦντα ἐπὶ τῷ τοιοῦτῳ [i. ἐπὶ τούτῳ] ποιῆσαι δὲ Γοργίαν, τὸν διάλογον, ἐν ᾧ πολλὰ κατατρέχει τῆς ῥητορικῆς. IDEM.

Ποῦσαι] Aut delendum hoc voc. est, aut pro στικῆσεν paulo ante leg. φαίνεται et tum ποιήσας in participio. verum præfero priorem rationem. REISK.

Ἐπεὶ] Partem ultimam vocis secundæ, πει, ortam puto ex sequenti syllaba σοι. Forte: καὶ ἔστι ποιητὴς κρείτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως ἰδίαν τινὰ εὐρηκῶς ἀρμονίαν, etc. Vix enim dubito, quin ultimum istud λόγων ex linea superiori perperam repetitum fuerit. Si Codices addicerent, libenter legerim, καὶ ἔστι πεζῶν ποιητὴς κρείτιστος λόγων. MARKLAND. Pro ἐπὶ leg. videtur ἔστι. reliqua sana sunt. eandem sententiam repeti. MATTH. Mihi videtur leg. καὶ ἔστι ποιητὴς κρείτιστος

ἐκμέτρου λέξεως. omissis illis λόγων λελυμένης. λέξις ἔκμετρος (uno vocabulo) est dictio metro exsoluta. REISK.

Ἐχοντα] Malim ἔχουσαν. ut ad ἀρμονίαν redeat, non ad ὀνόματα. IDEM.

Ἐγγιστα] Bene hoc conjungitur cùm ἦψατο, melius, quam si dixisset ἄριστα. MATTH.

Ἐπασκήσας] Ἐπαγμάσας Cant. Non longe a vero. In duas classes distribuit Oratores Græcos Dionysius, ut in hujus operis exordio. Ἔσσονται δὲ οἱ μὲν παραλαμβανόμενοι ῥήτορες τρεῖς μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, Λυσίας, Ἴσοκράτης, Ἰσαῖος· τρεῖς δὲ ἐκ τῶν ἑσχαμασάντων τούτοις, Δημοσθένης, Ὑπερίδης, Αἰσχίνης. Lego itaque: τῶν πρεσβυτέρων νέοις ἑσχαμασάσας Ἴσοκράτης. Ille enim inter antiquiores natus (Olymp. sc. LXXXVI, 1. Lysia inter ætatem et Isai) utrosque tam Lysiam, quam Isæum vivendo superavit, et paucis diebus post prælium ad Chæroneam commissum obiit, decimo septimo anno ante decessum Demosthenis, annos fere C. natus. TAYLOR. Bene habet ἐπασκήσας, veram vicina non item. Mihi leg. videtur: ἦψατο τὸ τῶν πρεσβυτέρων ἔθος ἐπασκήσας. perpolius, emendans. REISK.

ὅμως δὲ πειράσομαι ὑμᾶς ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἂν δύνωμαι εἰ' ἐλαχίστων διδάξαι. Et similiter, ineunte oratione c. Agoratum, p. 449. 7. "Ὅθεν οὖν ἡμεῖς τε ῥᾶστα διδάξομεν, καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε, ἐντεῦθεν ὑμῖν ἄρξομαι διηγείσθαι. Vix tamen arbitror ita excusanda esse, quæ habet Lysias de *Aristophanis bonis*, inuit. paria, immo omnino eadem, quæ ante eum scripsit Andocides de *Mysteriis*. Utrumque locum exscribam, cum res sit illustrior. Nescio tamen, utrum actus agam necne: neque enim *Thomasium de plagio literario* mihi serio id expetenti adhuc oculis usurpare contigit, qui mihi fortasse tota hac dissertatione supersedere potuisset. Αἰτοῦμαι οὖν ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες, εὖνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἔμοι τῷ ἀπολογουμένῳ ἢ τοῖς κατηγοροῖς· εἰδότας, ὅτι κἄν ἐξίσου ἀκροῦσθε, ἀνάγκη τὸν ἀπολογούμενον ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύσαντες καὶ συνθέντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἐγὼ δὲ μετὰ θεοῦ καὶ κινδύνου καὶ διαβολῆς τῆς μεγίστης τὴν ἀπολογίαν ποιῶμαι. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς ἐστὶν εὖνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἔμοι ἢ τοῖς κατηγοροῖς. ἔτι δὲ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρήμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερώς, ὥστε ὑμᾶς πολλὸν ἂν ἤλιον εἶκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγορῶν, ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων. οἱ δὲ αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες, ἴαλωσαν παρ' ὑμῖν 679 ψευδομαρτυριῶντες, ἠνίκ' οὐδὲν ἦν πλείον τοῖς πεποιθόσιν. ὅπ' οὖν ἤδη πολλά τοιαῦτα γεγένηται, εἰκὸς ὑμᾶς ἐστὶ μῆπω τοῦς τῶν κατηγορῶν λόγους πιστοὺς ἡγείσθαι. Andocides [p. 3. 9. ed. R.] Αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς εἰκαῖα καὶ ῥᾶστα χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, ὥσπερ τῶν κατηγορῶν. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κἄν ἐξίσου ἀκροῦσθε, ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἡμεῖς δὲ ἀγωνιζόμεθα μετὰ θεοῦ καὶ διαβολῆς καὶ κινδύνου μεγίστου. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὖνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. οἶμαι γὰρ πάντας ὑμᾶς εἶδέναι, ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρήμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερώς, ὥστε ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων, μισηθέντες ἀπελθεῖν· οἱ δ' αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, καὶ ἀδίκως ἀπολέσαντες ἀνθρώπους ἴαλωσαν, ἠνίκα οὐδὲν ἦν πλείον τοῖς πεποιθόσιν. ὅτ' οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται, ὡς ἐγὼ ἀκούω, εἰκὸς ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες εἰκασταί, μῆπω τοῦς τῶν κατηγορῶν λόγους ἡγείσθαι πιστοὺς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν. Lysias. p. 614, 10. ed. R. Si ex Foro in Scenam transeas, eadem pene rerum facies, et egregia ingeniorum paritas. Athen. l. 1. p. m. 13. Παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεια δ' ὕμνων νεωτέρων Πίνδαρος εἰπαίνει. Εὐβουλος δὲ φησὶ

Ἄτοπόν γε τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμῶν αἰεὶ  
 Παρὰ ταῖς εἰταίραις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ  
 Μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Ἄλεξις σχεδὸν ἀπαρλλάκτως, τοῦ σφόδρα μόνου κειμένου ἀντι τοῦ αἰ. Idem l. 3. p. m. 42. Ἀντιφάνης μὲν ἐν Βοιωτία

Α. Καὶ περὶ μὲν ὄψου γ' ἠλίθιον τὸ καὶ λέγειν  
 Ὅσπερ πρὸς ἀπλήστους· ἀλλὰ ταῦτι λάμβανε  
 Πάρθενε τὰ μῆλα. Β. Καλά γε. Α. Καλά δῆτ' ὧ θεοί.  
 Νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον  
 Εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως.  
 Β. Παρ' Ἐσπερίδων ὦμην γε νῆ τὸν Φωσφόρον.  
 Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία  
 Μόν'. Α. Ἐστὶν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἐστὶ πανταχοῦ  
 Καὶ τίμον.



"Εριφος δ' ἐν Μελιβοίᾳ αὐτὰ τὰ ἱαμβεῖα προσθεῖς ὡς ἴδια, τὰ τοῦ Ἀντιφάνου ἐπιφέρει

Παρ' Ἑσπερίδων ὄμην γε νῆ τὴν Ἄρτεμιν.  
 Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα τουτ' εἶναι τρία  
 Μόν'. Β. Ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι πανταχοῦ  
 Καὶ τίμιον· τούτων μὲν ὀβολὸν οὐ πολὺ  
 Τίθημι, λογιῶμαι γὰρ — et quæ sequuntur.

Ubi nimirum voces τὰ τοῦ Ἀντιφάνου credo olim margini a lectore quodam fuisse adlitas e regione *Antiphanis Iamborum*, quos Eriphus suæ fabulæ inseruit. Quid enim in textu Athenæi potuere, nondum video. Pari passu ambulant Æschylus apud Athen. l. 1. p. m. 9.

"Οδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος  
 Γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην  
 Ἐρῶριψεν οὐδ' ἤμαρτε· περὶ δ' ἐμῶ κάρα  
 Πληγεῖσ' ἐνανάγησεν ὀστρακουμένη  
 Χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

et Sophocles *ibid.*

Ἄλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην  
 Ἐρῶριψεν οὐδ' ἤμαρτε· περὶ δ' ἐμῶ κάρα  
 Κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον.

Eadem porro ratione Theophilus in Neoptolemo:

Οὐ συμφέρον νέα ἐστὶ πρεσβύτη γυνή.  
 Ὡσπερ γὰρ ἄκατος οὐδὲ μικρὸν πείθεται  
 Ἐνὶ πηδαλίῳ, τὸ πείσμη ἀπορρήξασα δὲ  
 Ἐκ νυκτὸς ἕτερον λιμέν' ἔχουσ' ἐξευρέθη.

quæ iisdem pene verbis ante eum Theognis.

Οὔτοι συμφέρον ἐστὶ γυνή νέα ἀνδρὶ γέροντι·  
 Οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος,  
 Οὐδ' ἄγκυραν ἔχουσιν ἀπορρήξασα δὲ δεσμὰ  
 Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Pro συμφέρον legit *χρήσιμον* Clemens Alexandrinus Strom. l. 6. quem librum, uti et Euseb. Præparat. Evang. l. 10. adeat, qui τὸ εὐεπίφορον εἰς κλοπὴν τῶν Ἑλλήνων penitus inspicere velit. Plena est eorum messis: ego spicas tantum colligo. Ex Antiquis etiam olim de furto literario scripsere Alcæus de Ephori furtis, non quidem ad normam historiæ conscribendæ, sed per parœdiam. Aretades, cujus opus laudatur a Porphy. apud Eusebium Præp. Evangel. l. 10. περὶ συννεμπτώσεως, sive de fortuita Auctorum convenientia. Aristophanes Grammaticus ἐν ταῖς παραλλήλοις Μενάνδρου τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογαῖς. Latinus (vel juxta quosdam Cratinus) in libris IV. περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου. Lysimachus in libris II. περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς. Philostratus Alexandrinus περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς. Pollio, qui librum de Herodoti furto conscripsit, itemque Epistolam ad Soterindam de Ctesia plagiis, et libri, cui nomen inditum est Ἰχνευταί, ubi de Theopompo multa leguntur.

## CAP. III.

Orationes Funebres Antiquorum, sc. Platonis, Periclis, Lysiae, Hyperidis, Isocratis, 660

Demosthenis, et Archini. Emendantur Gellius, Suidas non semel, et Dionysius Halicarnassensis: locus porro Aristotelis vindicatur contra *παλαιωθῶτας*; quosdam. Isocrates junior orationem funebrem habuit. *Νεθέεται* oratio funebris Demosthenis. Emendatur non uno in loco. Ordo tribuum Atheniensium. Emendatur Menander Rhetor. Elegans Marmor in Museo Carpineo. Inusitate Latinitatis exempla. Rapsata. Propugnatricem periculorum. Aristides insigni medela mactus.

ADHUC in ferali hoc argumento moramur, et Antiquorum luctui, si Lectori non ingratum fore videbitur, destinavimus schedas quoque proximas. Eorum ex epitaphiis sermonibus ætatem maximam tulerunt Platonis Menexenus, Periclis oratio quam immortalitati consecravit Thucydides I. 2. Lysiae et Hyperidis. "Εχομεν (ait auctor ex recentioribus) Πλάτωνος καὶ Θουκυδίδου, καὶ Ὑπερίδου καὶ Λυσίου τοὺς ἐπιτάφίους. Theo. c. 2. Sola ex his ad nos non περιῴλησεν Hyperidis, quam laudat Diodor. Sic. I. 18. Plutarch. in vit. Dionys. Halic. in arte c. 6. Longinus §. 34. Harpocrat. in Πέλαι, ceterique. Ejus fragmentum pulcherrimum conservavit Stobæus, quod hic representavimus. Χαλεπὸν μὲν ἴσως ἔστι τοῖς ἐν τοῖς τοιοῦτοις ὄντας πάθει παραμυθεῖσθαι· τὰ γὰρ πίνθη οὔτε λόγῳ οὔτε νόμῳ κοιμίζεται· ἀλλ' ἡ φύσις ἐκάστων καὶ φιλία πρὸς τὸν τελευτήσαντα ὄρισμὸν ἔχει τοῦ λυπεῖσθαι. ὁμῶς δὲ χορὴ θαρσύνει, καὶ τῆς λύπης παρανεῖν εἰς τὸ ἐνδεχόμενον· καὶ μεμνησθαι μὴ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἧς καταλελοιπίασιν. οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίωνων μεγάλων πεποιθήσασιν. εἰ δὲ γήρωσ θνητοῦ μὴ μετίσχον, ἀλλ' εὐδοξίαν ἀκήρατον εἰλήφασιν, εὐδαιμονίης τε γέγονασιν κατὰ πάντα. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἄπαιδες τετελευτήκασιν, οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται· ὅσοι δὲ παῖδας καταλελοιπίασιν, ἡ τῆς πατρίδος εὐνοια ἐπίτροπος αὐτοῖς τῶν παίδων καταστήσεται. πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μὲν ἔστι τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιον τῇ μὴ γενέσθαι, ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων καὶ λύπης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. εἰ δ' ἔστιν αἰσθησις ἐν αἵδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἴη τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυόμεναις βοηθήσαντας πλείστης εὐδαιμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν.

Serm. CXXIII. Quoniam autem de Isocratis funebri oratione nonnulla ab Antiquis memoriae prodantur; atque etiamnum exstet, quæ Demostheni a quibusdam attribuitur, de iis nonnulla, sed breviter et succincte. Isocratem ἐν Ἐπιτάφιῳ (ita enim, non *Σωκράτην*, quibusdam legere placet magis) laudat Aristoteles Rhetor. I. 9. et III. 14. Quæ si valeat conjectura, intelligendus est Aristoteles de oratione, quam in funere Mausoli Cariae regis habuit Isocrates, confirmante Gellio. X. 18. " Id monumentum Artemisia quum Diis Manibus Mausoli dicaret, ἀγῶνα laudibus ejus dicundis facit, ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudis decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua præstabili, Theopompus, Theodectes, Naucrites (rescribe Naucrates). Sunt etiam, qui Isocratem ipsum cum iis certavisse

memoriæ mandaverint, sed eo certamine vicisse Theopompum judicatum est." Adjungendus quoque Plutarchus in Isocrate. Ἡγωνίσατο δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Μανσῶλῳ τεθέντα ὑπὸ Ἀρτεμισίας ἀγῶνα· τὸ δὲ ἐγκώμιον οὐ σώζεται. Sunt hæc tamen omnia dubiæ fidei, præsertim cum Gellius (Plutarchi enim auctoritatem non moror) tam timide de ea re scripserit. Accedit, quod vox Σωκράτης in loco Aristotelis, non Ἴσοκράτης, retinenda est. Verba enim, quæ ibi philosophus adducit, sunt Socratis, sive Platonis, in Menexeno. Suidas porro, aliquando utilissimus Auctor, juniore cuidam Isocrati Apolloniati eam orationem assignat, quam Gellius memorat. Οὗτος δὲ Ἴσοκράτης καὶ Θεοδέκτω (lege Θεοδέκτῃ) τῷ ῥήτορι καὶ τραγωδιοποιῷ καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ ἄμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκρατίῳ (vel potius Ναυκράτῃ, ut alibi recte) ἐηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν Ἐπιτάφιον Μανσῶλου τοῦ Καρῶς, βασιλέως Ἀλικαρνασσοῦ. Confer eundem in v. Θεοδέκτης. Dionysius denique Halicarnassensis, qui Art. Rhetor. c. 6. Thucydidem, Platonem, Lysiam, Hyperidem, Demosthenem, adeoque ipsum Naucratem Isocratis discipulum (ita enim legerem καὶ ὁ τοῦ Ἴσοκράτους, non Σωκράτους, ἐταῖρος Ναυκράτης, Vid. Cic. 1. de Orat. 23. 244. Orat. 51.), auctores funebrium Orationum recenset, vix, credo, Isocratem prætermisisset, si aliqua de ea re constans valuisset opinio. Si desit quod addam, credibilis est longe, quaternos Isocratis discipulos (nam ex eodem ludo sive officina dicendi exierunt Theopompus, Theodectes, Naucrates et Isocrates Apolloniates) inter se ingenii et eloquentiæ laudibus concertasse, quam consummatissimum Magistrum, qui vocis auctoritate et *forensi luce* semper fere *caruisse* dicitur, ad puerilem pene æmulationem descendisse cum iis, quos ipse informaverat. Eam in Isocrate dicendi infrequentiam testatur Cicero, cujus pene verbis utor, et Photius Cod. CCLX. Οὗτος [Isocrates] πρὸς τὸν διαπνυθανόμενον διὰ τί μὴ δύνατ' ὁ δὲ ὦν δὴ μὴ γορεῖν ἄλλους ποιεῖ δημηγόρους, ὅτι καὶ αἱ ἀκόναί, ἔφη, αὐταὶ μὲν τίμνουν οὐ δύναται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσι. Porphyrius tamen apud Eusebium Præpar. Evangel. l. 10. scribit solitum fuisse gloriari Theopompum, præceptorem a se superari. Mitto Isocratis ἐπιτάφιον λόγον, quem in honorem Evagoræ habuit, cum non sit publici instituti, neque ex eo genere laudationum Græcarum, quas in hoc loco pertractari velim, eademque de causa, quem in honorem Hermiæ composuit Aristoteles, ut liquet ex Athenæo l. 15. Conscripsisse orationem funebrem in eos, qui ad Charoneam in proelio ceciderunt Demosthenem τὸν πάνυ, et ex Plutarcho liquet, et ex Demosthenis etiam ipsius auctoritate abunde confirmatur. Intercidit vero, neque ea, quæ in Editis Demosthenis orationibus locum XXII dum occupat, tanto nomini temere est adscribenda. Eam confodit olim Dionysius Halicarnassensis, Libanius et Photius, ceterique judices acutissimi: φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης Ἐπιτάφιος Dionysio dicitur, qui meam fidem non ægre impetrabit. Verum ne auctoritate magis duci, quam veris vinci videamur, excitemus ex suis latebris Sophistam,

“Namque hoc inclusi ligno occultantur A chivi.”

In orationis aditu, vix rota currente; Ὁμοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσων ἐνθάδ' εἶναι μοι δοκεῖ. Itane? Δοκεῖ μοι εἶναι διαλεχθῆναι. Sed ne me nimis inclementem dixeris, aut eas pœnas ab Au-



ctore petere, quas Librarius debeat, locum ita emendari posse concedam: 'Ομοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσιν ἐν θ' ἄδε δ' εἶν ἐμοὶ δοκεῖ. Sequitur autem: Μόνοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν ταύτην (1. ταύτην) ἤκησαν, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν παρέδωκαν. ὥστε δικαίως ἂν τις ὑπολάβοι τοὺς μὲν εἰς τὰς ἐπ' ἡλυδας ἐλθόντας πόλεις, καὶ τούτων πολίτας προσαγορευομένους ὁμοίους εἶναι τοῖς εἰσποιητοῖς τῶν παίδων· τούτους δὲ γνησίους γόνυ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι. Scitum est istud ἐπ' ἡλυδας πόλεις, νix Tyrone in literis Græcis, nedum Demosthene, dignum. Hesych. 'Επ' ἡλυδας, νεωστὶ ἐλθόντας ἐξ ἐτίρας γῆς, ἐπιδικτοὺς, ἢ οὐκ ἰθαγενεῖς. Recte sane, neque enim Civitates, in quas migramus, verum nos, qui commigramus ipsi, jure 'Επ' ἡλυδες vocamur. Porro autem non leviter contra historiam suæ gentis peccat. 'Ερεχθεά ἔνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ἰακινθίδα καλοῦσιν, εἰς προὔπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. Si ocium esset, quærerem, quid dixerit, qui dixit ἀναλῶσαι θυγατέρας, verum cum illud non habeam nimium, moneo tantum cespitavisse bonum hominem, qui duas historias ridicule contaminaverit, neque enim Hyacinthidas vocari Erechthei, sed *Hyacinthi* Lacedæmonii filias, qui ob simile factum cum Erechtheo nobilitatur. Sequitur: 'Εμμένηντο Ἀκαμαντίδαι τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς Ὅμηρος ἔνεκα τῆς μητρὸς φησιν Αἰθρας Ἀκάμαντα εἰς Τροίαν στέλλαι. Id quod Homerus salva historia meminisse non potuit. Æthra enim Thesei erat mater, Acamantis autem *avia*. Noster tamen, ne oscitantia sua lectorem lateret, iterum ἀνιστορησίαν inculcat: Ὁ μὲν οὖν παντὸς ἐπειρᾶτο κινδύνου, τοῦ σῶσαι τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἔνεκα. Homerus interea de Acamante, nedum de hoc facto, ne unum quidem verbum. Quin et vero simillimum est Æthram ipsam Trojæ non fuisse. Istum enim στίχον *Ἰλιάδ.* Γ. 144.

Αἰθρὴν Πιτθῆος θύγατρα, Κλυμένην τε βοῶπιον,

obelos notaverunt olim, ut videre est apud Plutarch. in Theseo: et Eustathius versum, si genuinus esset, de Æthra Thesei matre dici posse negat. In *Tribuum* recensione, quæ orationem claudit, indistincte καὶ ὡς ἔτυχε, facta, indicia sunt maxima nugacissimi Imitatoris. Nescivit ille Atheniensium fuisse morem, ut Tribuum nomina uno et perpetuo ordine citarent. Eum ordinem, contra ac noster simius, conservarunt Antiqui. Ex Polluce sic se habet, VIII. 9.

ΕΡΕΧΘΗΣ.

ΑΝΤΙΟΧΙΣ.

ΚΕΚΡΟΠΙΣ.

ΛΕΟΝΤΙΣ.

ΑΙΓΗΣ.

ΟΙΝΗΣ.

ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ.

ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ.

ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ.

ΑΙΑΝΤΙΣ.

In bello eadem fuit τάξις, ut credibile est ex his locis Herodoti et Plutarchi inter se collatis. Τοῦ μὲν δεξιῷ κέρεος ἠγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλιμαχος· ὁ γὰρ νόμος εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν· ἠγεομένου δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμούνται αἱ φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλλήλων. Herodot. *Erat.* 111. Jam quid velit ὡς ἀριθμούνται, ut certam habuissent domi et *legitimam* quasi seriem Tribuum numerandarum? Πλεῖστον χρόνον ἀντρεϊσάντων κατὰ Λεοντίδα καὶ Ἀντιοχίδα φυλὴν ἠγωνίσαντο λαμπρῶς τεταγμένοι παρ' ἀλλήλους ὅ, τε Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστείδης· ὁ μὲν γὰρ Λεοντίδης ἦν, ὁ δ' Ἀντιοχίδης. Plutarch. in Aristide. Multa præterea contra puritatem Atticam dicta, multa invenuste opposita prudens omitto. Et quanquam insit numero-

rum quidam flexus, qui auris percellit, quanquam suis locis tota oratio non inconcinne sit instructa, id quod elaborare maxime soleant Sophistarum filii, ille tamen

“Demens, qui nimbos et non imitabile fulmen.”

Fuit Archinus quidam Atheniensis, qui λόγον ἐπιτάφιον scripsit, teste Platone in Menexeno, atque etiam Photio Cod. CCLX. Τάχα δ' ἂν τις καὶ αὐτὸν [Isocratem] αἰτιάσαιτο κλοπῆς, ἐξ ὧν ἐν τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ αὐτοῦ πολλά τῶν κατὰ τοὺς ἐπιτάφίους λόγους εἰρημένων Ἀρχίνῳ τε καὶ Θουκυδίδῃ καὶ Λυσία ὑπεβιάλετο. Jam si harum Orationum originem quaeras, ab initio fere Reip. Atheniensis morem invaluisse video, ut in concione, populari oratione eos laudarent, qui in praelio sint interfecti, eamque laudandi consuetudinem ita probari, ut quotannis illa die recitari orationem necesse fuerit. Cic. 1. de Orat. Adjuuge Menandrum Rhetorem, περὶ Ἐπιταφίου. Λέγεται παρ' Ἀθηναίους Ἐπιτάφιος, ὁ καθ' ἕκαστον ἐμναυτὸν ἐπὶ τοῖς πεπρωκόσιν ἐν τοῖς πολέμοις λεγόμενος λόγος. Pergit: Οὐς γὰρ ἂν εἶπεν ὁ Πολέμαρχος, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο (1. τούτῳ) τὸ τῆς τιμῆς ἀποδοῖσθαι παρ' Ἀθηναίους. Utrum genus illud dicendi ab Ægyptiis profectum sit necne, qui ad civilem Græcorum vitam excolendam plurimum contulere (ex Ægyptiis certe arcessitum memorat Diodorus Siculus, l. 1.) illud nondum pro comperto habeo; ex omni tamen Græcia Athenis fere solis constitit, et a quibusdam scriptoribus istius populi quodammodo inventum esse perhibetur. Μόνοι δ' ἀπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ' ἐνομίσατε τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτησάντων, αὐτῶν μὲν ἐπαίνους ἐπὶ ταῖς ταφαῖς καθ' ἕκαστον ἔτος λέγειν, et quæ sequuntur. Aristid. Atque hæc fuit, ὡς ἐν παρόδῳ, emortualium Orationum apud Atheniensis facies. Ad Romanos deinde ritus ille propagatus et domesticis etiam laudationibus subinde adauctus in tantum accevit, ut conquerantur Liv. VII. 40. et Cic. de Cl. Orat. 16. “istiusmodi laudationibus historiam Romanam mendosiorum esse factam.” Honos ille defunctos quoscunque, si modo genere vel dignitate illustriores fuissent, pro rostris ornandi ad conjunctissimum fere semper deferebatur, licet scribat Quintilianus “pendere frequenter ex publico aliquo officio atque ex S. C. Magistratibus sæpe mandari.” Utrumque fortasse verum, ut publicam personam, Consulem puta aut Prætozem, Magistratus: privatam genere conjunctissimum solenni oratione produceret. Ita Brutum, qui 1<sup>mus</sup> Consulatum gessit, laudavit Collega Valerius Publicola, ut fusius in sequentibus: Publius Decius Fil. qui primo Consul de Samnitibus triumphavit, III Cos. a Collega Fabio Maximo laudabatur. Aurel. Vict. c. 27. Liv. X. 29. Filium suum laudavit Fabius Maximus. Plutarch. Cic. de Senect. c. 4. Faustum filium Sylla. Appian. B. Civil. L. Metellum patrem Q. Metellus. Plin. VII. 43. Allato in forum corpore Appii, non Xviri, sed alterius, adiens filius Coss. et Tribunum postulavit congregari sibi legitimam concionem, ut more Romano de patre orationem haberet. ex Liv. l. 2. et Dion. Halic. l. 9. Octavius Drusum nepotem. Sueton. in Claud. c. 2. Marcellum itidem, si fides sit Servio ad l. Æn. 716. Alios alii, de quibus nunc dicendi neque tempus esse video, neque, si tempus superesset, a me, ut dicatur, expectari. In Municipiis nemo fere publico funere efferebatur sine laudatione. In agro Cordubensi

SEMPRONIAE. VARILLAE.

HVIC. MELLARIENSES.

LOCVM. SEPVLTVRAE.

FVNERIS. IMPENSAM.

STATVAM. LAVDATIONEM.

DECREVERE.

SEMPRONIA. VARILLA. F.

HONORE. ACCEPTO.

IMPENSA. REMISSA.

PIISSVMAE. MATRI.

POSVIT.

Gruter, cccclxvi. 9.

Carprii in Hispan.

683

C. SEMPRONIO. SPERATO. FLAMINI. DIVORVM.

AVGG. PROVINCIAE. BOETICAE.

IMP. NERVA. TRAIANO. CAES. AVG. GERM. III.

VICERIO. ALAIRANO. ET. L. MARCIO. POSTVMO. COSS.

HIC. PROVINCIAE. BOETICAE. CONSENSV. FLAMINIS.

MVNVS. EST. CONSEQVVT. PERACTO. HONORE.

FLAMIN. ET. FECIALI. OMNIVM. CONCIL. ET.

CONSENSVS. STATVAM. DECREVIT. HVIC. ORDO.

MELLARIENSIS. DECREVERVNT. SEPVLTV.

IMPENS. FVNERIS. LAVD. STATVAS. EQUESTRES. DVAS.

VENVSTA. VXOR. HONORE. ACCEPT. IMP. REMISSA.

P.

Gruter, cccxxi. 10.

Ibid.

D. M. S.

L. ACILIVS. L. F. GAL. BARBA. II. VIR.

VIXIT. ANN. LXIII.

ACILIA. L. F. LEPIDINA. N. ME. VI.

L. ACILIVS. L. F. GAL. TARENTIANVS. II. VIR. ANN. LVI.

CORNELIAE. G. F. LEPIDINAE. ANNOR. LX. L. VXORI.

INDVLGENTISSIMAE. MARITVS. PISSIMVS. FLAMINIC.

M. S. D. D. FVNERVVM. INPENSAS. LAVDATIO

NES. LOCA. SEPVLTVRAE. STATVAS. D.

H. S. S. SS. V. T. L.

Gruter, cccxliiii. 3.

Primus apud Romanos mortuo Collega Bruto, supremas ejus laudes oratione prosecutus est Publicola, ut liquet ex Liv. II. 7. Aurel. Victor. de viris illustribus c. 10. Plutarcho in vita. 'Απετέξαντο δὲ τοῦ Οὐαλερίου καὶ τὰς εἰς τὸν συνάρχοντα τιμὰς, αἷς ἐκκομιζόμενον καὶ θαπτόμενον ἐδόμησε' καὶ λόγον ἐπ' αὐτῷ διεξήλθεν ἐπιτάφιον, ὃς οὕτως ὑπὸ 'Ρωμαίων ἠγαπήθη καὶ τσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρχειν ἐξ ἐκείνου τελεπήσασιν ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιτάφιων ἐκεῖνος γενέσθαι πρᾶσιβύτερος, εἶγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἰστόρηκεν. Romanis quoque inventum attribuit Dionys. Halic. Antiq. Rom. V. 17. 'Ὅψέ γάρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθησαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμφ, εἴτ' ἀπὸ τῶν ἐν Ἀρτε-



μισὴρ καὶ περὶ Σαλαμῖν καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἴτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων. ubi videas plura. In Concionibus Romanis duo sunt præcipue notanda, quod cito in tantum crevit laudandi hæc cupido, ut ab Augusti temporibus laudationes fierent duplices. Imperator ille sororem Octaviam in sacrario Iulio, Drusus pro rostris solenni oratione prosecutus est: Imperatorem mortuum laudarunt Tiberius et Drusus, ille pro æde Divi Iulii, hic pro rostris. Dio. Suetonius. Pium Antoninum M. Antoninus et L. Verus pro rostris uterque. Capitolin. in M. Antonino: Alterum est, quod, quamvis ab initio virorum tantum gesta, nunquam mulieres laudare mos fuisset, quia tamen Camilli temporibus Matronæ Romane, quum in publico deesset, aurum contulere, quo se Romani a Gallis redimere possent, ut sacro auro abstineretur, cautum fuit S. C. ut ob præclarum hoc facinus (quod tamen Plutarch. in Camillo aliter narrat, ego Livium sequor V. 50.) earum in funeribus, sicut in virorum, solennis laudatio haberetur. Primus itaque Popiliam matrem laudavit Crassus filius. Ita Alexand. ab Alexandro IV. 8. nescio tamen, quo animo vel auctoritate. Porciam Catonis sororem, Domitii Ahenobarbi uxorem, Cicero. Vid. 13. ad Attic. 48. (qui ibidem quoque memorat M. Varronis et Lollii laudationem). Amitam suam Juliam, uxoremque Camillam (qui honos tunc primæ femine ætate juniori persolvebatur, ut Plutarch. in Cæsare), laudavit Julius Cæsar. Plutarch. et Suetonius. Aviam Augustus. Sueton. in Aug. c. 8. Iunia, Cassii uxor, M. Bruti soror, quanquam in testamento, cum ferme cunctos proceres

684 cum honore nominavisset, Cæsarem omisit, id tamen non prohibuit, quo minus laudatione pro rostris ceterisque solennibus funus cohonestaretur. Verba sunt fere Taciti 3. Ann. 76. Exstat apud Fabretum p. 168. marmor elegantissimum, sed ætatis vicio tertia circiter parte uniuscujusque lineæ consumptum, in quo continetur honestissimum præconium, quod in honorem conjugis defunctæ habuit Civis quidam Romanus, ejus nomen, fortuna et conditio ad nos non descendit. Elegantiam habet maximam, ætatem optimam, et singulare, quod sciam, exemplum continet orationis publicæ marmoris saxove concredita.\*

\* \* \*

685 Tempus hujus orationis indicare videntur mentio Cæsaris Augusti, et pacati orbis, quem ejus opera contigisse satis notum est; nomen item M. Lepidi *conlegæ*, non nostri fortasse, ut intellexit Fabretus, sed Augusti in IIIviratu. C. denique Cluvii, adfinitate, uti videtur, oratori nostro juncti. Caius Cluvius, ubi suam Julio Cæsari probasset fidem, ab eo cum imperio in Galliam fuit missus. Unus erat ex VIIIviris, quibus idem Cæsar, cum in Hispaniam contra Pompeii filios ire maturavit, præfecturam urbis commisit A. V. C. DCCVII, Cæsare tertium Dictatore, quod indicat nummus æreus cum hac inscriptione, CÆSAR Dictator TERTIUM et in parte postica CAIUS CLOVIUS PRÆFECTUS. Puteolanum fuisse testatur Cic. 13. Epist. 55. quod arguit quoque hæc Inscriptio Puteolis effossa:

[\* Exemplar marmoris, e Fabretto exscriptum, quod hic sequitur in Editione Taylorana in 4to, ut minus conveniens nostræ in 8vo, et porro pannum splendidem potius quam utilem, cum Reiskio prætermisimus: in quo enucleando quantum profecerit Taylorus, qui otiaur et scire cupit, facile Fontem ipsum contulerit. Idem dictum velim de tabula ænea ad init. cap. iv.]

C. CLVVIVS. M. F.

III VIR.

IVRI. DIC. II VIR. NOLAE.

III VIR. QVINQVENNAL.

DE. SVO. FACIVND. COERAVIT.

IDEMQVE. RESTITVIT.

JOVI. O. M. SACR.

Memorable feminæ facinus et in adversis viri rebus constantiam plane singularem! memorabile etiam istud, quod *partui diffidens, ex alterius conjugio prudens sciensque parari passa sit fecunditatem; consilium in quibusdam feminis, raro licet exemplo, conspiciendum, in illa tamen minime admirandum ceteris virtutibus conlatum*. Ita enim intelligo et suppleo fatiscens marmor l. 30. Quod ad Latinum sermonem attinet, qui tunc temporis purissimus habebatur, pauca sunt, quæ indigitari volui, lectori meo concoquenda. l. 1. Frustra gloriatur \* *me patriæ redditum a se, nam nisi Tu, conjux, parasses, quod servare me poterat, inaniter ille opes suas POLLICERETUR*. l. 11. *acerbissimum mihi accidisse TUA VICE fatebor*. upon your account. l. 15. *indignum in modum RAPSATA*. l. 31. *DOLENS ORBITATE mea* l. 35. *CONDICIONEM QUERERES*, non de stupro, sed honestis nuptiis. *Nullum officii genus etiam infame prætermiserat, condicionibus etiam quærendis, atque arcessendis mulieribus, quas corrumpere*. Sueton. in Aug. c. 63. l. 61. *speculatricem PROPUGNATRICEM meorum PERICULORUM*. Magna inusitatæ Latinitatis exempla in tam brevi circuitu verborum, et, quod jure mireris, unicæ fere hæc sunt reliquiæ Romanorum in re funerea eloquentiæ, cum privatarum laudationum et crebra fuisse exemplaria et bene servata necesse est; quoniam unaquæque familia diligentia non medioeri hæc vel quasi monumenta servaret ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, vel ornamenta ad dignitatem atque ad memoriam laudum domesticarum. Vergente sæculo plena sunt Ecclesiasticorum Scriptorum monumenta præconiis in funere recitari solitis. Plena etiam Sophistarum, Adriani Tyrii, Himerii, Polemonis, Libanii, etc. Aristidis ἐπιτάφιον in Alexandrum discipulum memorat Magister in v. φύσις, ni Epistola sit potius S. P. que Cotiæensi, unde genus duxit Alexander, quam Oratio dicenda. Aristides, ipse Epistolam vocat, exeunte sermone: ὅπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς εἶπον. Rationem magis habet λόγον ἐπιτάφιον alia, quæ in Editis Aristidis campræcedit, in Eteonicum sc. Ἐπικῆσιος Cyzici habita. Ea insignissimo mendo liberata finem huic commentationeulæ imponet. Ποῖος ταῦτα Σιμωνίδης Σρηνήσει; τίς Πίνδαρος ποῖον μέλος ἢ λόγον τοιοῦτον ἐξευρόν; τίς χοροὸς ἄξιον φερέζεται τοιοῦτον πάθος, ποῖα ἐδύσηρις Θετταλῆ τοσοῦτο πένθος ἐπένηθησεν ἐπ' Ἀντιόχῳ τελευτήσαντι, ὅσον νῦν μητρὶ τῇ τοῦτου πένθος πρόκειται. In hoc commate quædam intelligo, Simonidem sc. et Pindarum, quorum Σρηνοὶ ab antiquis laudantur; in quibusdam hæreo, quænam fuit illa Dyscris sive Antiochi mater, sive anus quædam, quæ luctui præfuit: at in his plane cæcutio. Ποῖος Σιμωνίδης — τίς Πίνδαρος — τίς χοροὸς. Nulla vi, nulla facundia a me impetrabis hæc esse sana. Latet omnino in χοροῦ scriptoris ejusdam nomen, cui si adjungas vocem præeuntem, τις, mecum senties esse *Stesichorum*. Ποῖος Σιμωνίδης — τίς Πίνδαρος — τίς Στησίχορος. Alibi IIIviratum istum memorat Aristides. Καὶ Κίσις δὲ Σιμωνίδην, καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις, καὶ Θηβαίοις Πίνδαρον.

## CAP. IV.

Amazones. Onatus sive Onasus rerum Amazonicarum scriptor antiquus. Restituitur locus Aristophanis et Apollonii Rhodii. Tollitur gravissimum in Herodoto mendum. Prætorum Atheniensium nomina aliquam multa vindicantur. Emendatur Dionysius Halicarnassensis, Diodorus Siculus, Demosthenes, aliique, Lysias denique, Etym. M. et Cæsar.

DE rebus Amazonicis (v. p. 55. ult.) scripsere inter Antiquos Onatus, σχ. Theocrit. XIII. 46. (quem Onasum vocat σχ. Apollonii Rhodii I. 1208. 1237.) atque inter recentiores laudabilem sane commentarium Petrus Petitus. In monumentis Veterum, quæ *populum* istum *mulierum* adhuc nobilitant (cujusmodi sunt nummi Smyrnæorum, Thyatirenorum ceterarumque civitatum juxta Asiæ oram maritimam, Vide Seguin. p. 23. gemmæ quam plurimæ tabulæque antiquæ. Vid. Canin. Iconogr. XVI. Beger. Thesaur. Brandenburg. vol. III. p. 318. Lucernam antiquam apud Licetum, IV. 55. et *ferro* armari et *equis* vehi semper videri volunt: accomodate ad mentem Lysiæ, *μόνοι δὲ ὠπλισμένοι σιδήρω τῶν περι αὐτὰς, πρῶται δὲ πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι*. Uti Aristophanes Lysistr. 677.

Ἦν δ' ἐφ' ἵππικὴν τράπωνται, διαγράψαι τοὺς ἵππείας'

Ἴππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κᾶποχον γυνή,

Κοῦκ ἀναπολεῖσθαι (I. ἀπολισθαίνει) τρέχοντος'

τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει,

Ἄς Μίκων ἐγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι.

Hic libentius adderem, quantum lucis imago illa apud Licetum affundat Plutarchi verbis in Theseo: Ὁ δὲ Δοῦρις οὐ ποταμὸν εἶναι φησι τὸν Θερμῶ-  
687 δοντα, ἀλλ' ἰστάντας τινὰς σκηρὴν καὶ περιούρτυντας, ἀνδριαντίσκιον εὐρέιν λίθινον, ὑπὸ γραμμάτων τινῶν διασημαινόμενον, ὡς εἶη Θερμῶδων ἐν ταῖς ἀγκάλαις Ἀμαζόνα φέρων τετρωμένην: quantum tabula Begeriana Lysiæ: οἷς [equis] ἀνεπίστως, δι' ἀπειρίαν τῶν ἐναντίων ἤρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς διώκοντας. Nemo fere ad laudem Atheniensium accessit, qui bellum Amazonicum resque ab Atheniensibus præclare in eo gestas dissimulavit. "Ἐστί δὲ ἡμῖν (inquit dux istius gentis apud Herodot. Calliop. 27.) ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀποθήκας τὰς ἀπὸ Θερμῶδοντος ποταμοῦ ἐσβαλοῦσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν. Quodcumque in corruptissima ista voce ἀποθήκας latet, Gronovii certe τὸ ἀποθήκας non latet. Diu fui in ea sententia, ut locum ita restitueremus: ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θεμισκύρας τῆς ἐπὶ Θερμῶδοντος ποταμοῦ ἐσβαλοῦσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν. Nam Herodotus ipse Melpom. 86. Ἐς δὲ Θεμισκύραν τὴν ἐπὶ Θερμῶδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς — τριῶν τε ἡμερῶν καὶ δύο νυκτῶν πλόον. Strabo quoque I. 11. Τὴν δὲ Θεμισκύραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμῶδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὕρη ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι. Pausanias Attic. c. 15. Μόνας δ' ἄρα ταῖς γυναιξὶν οὐκ ἀφῆρει τὰ πταίσματα τὸ εἰς τοῖς κινδύνους ἀφειδῆς, εἶγε Θεμισκύρας τε ἀλούσης ὑπὸ Ἡρακλέους, καὶ ὕστερον φθαρείσης σφίσι τῆς στρατιᾶς, ἣν ἐπ' Ἀθήνας ἔστειλαν, ὅμως ἐς Τροίαν ἦλθον Ἀθηναίους τε αὐτοῖς μαχομένους καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν. Apollon. Rhod. I. 297.

Ἐνθα Θεμισκύραι (I. Θεμισκύραι) Ἀμαζόντες ὠπλίζοντο.



Κεῖθεν δὲ προτέρωσε μέγας καὶ ὑπείροχος ἀγκῶν  
 Ἐξανέχει γαίης, ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος  
 Κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην  
 Μύρεται, εὐρείης διαειμένος ἠπειροιο.  
 Ἐνθάδε Δοίαντος πεδίων' σχεδόθεν δὲ πόλης  
 Τρισσαὶ Ἀμαζονίδων' μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν  
 Τρηχέην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσι  
 Ἐργατίνας τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

Lycophr. v. 1327.

Theseus

Σὺν θηρὶ βλώξας τῷ σπάσαντι δῆϊας  
 Μύστη Τροπαιῖας μαστὸν εὐθηλον Σειᾶς  
 Ζωστηροκλέπτῃς, νεῖκος ὄρινεν διπλοῦν,  
 Στόρνῃν τ' ἀμέρσας, καὶ Θεμισκύρας ἄπο  
 Τὴν τοξοδάμου νοσφίσας Ὀρῶσιαν.

σχ. ad loc. *Θεμισκύρας*, πόλις Παφλαγονίας καὶ Ἀμαζόνων, ἐνθα Θεμισκύρειαι αἱ Ἀμαζόνες λέγονται. Justin. II. 4. "In Cappadocia ora juxta amnem Thermodonta conederunt, subjectosque Themiscyriæ campos occupavere. — Horum uxores — singulare omnium sæculorum exemplum ausæ auxere Republicam sine viris." Nec miretur aliquis ἀποξήκας pro ἀπό Θεμισκύρας describi potuisse, aut reclamitet non solere librariorum propria nomina compendifacere. Scio non solere *consilio*, sed *incuria* compendifaciunt. Qui enim fieri potuit, ut pro Δημήτριος Δημος, pro Θέσσαλος Θάλλος apud Dionysium Halicarnass. reperiremus? Scholiastes Aristoph. Ran. 33. ait actam fuisse eam fabulam anno post pugnam ad Arginusam, quæ commissa erat ἐπ' Ἀργίνων. Hunc autem Prætozem Atheniensem Historici omnes et auctor adeo Argumenti *Antigenem* vocant. Ἐὐδαίχθη ἐπὶ Καλλίων Ἀρχοντος τοῦ μετὰ Ἀντιγένους. Quin et ipse σχ. v. 732. τῷ προτέρῳ ἔπει ἐπὶ Ἀντιγένους. Qui Magistratum summum Athenis gessit Olymp. LXXV. 1. ab aliis Calliam, ab aliis Callidem appellari, olim monui (pag. 470). Jam tempus est, ut moneam *Callidem* recte scribi. Marmor enim Arundell. ad Olymp. LXXXI. 1. Ἀρχοντος Ἀθήνησιν . . . ἀλλίου τοῦ προτέρου. Quod verum est, cum Callias alter præturam gessit Olymp. XCII. 1. Verum esse non potuit, si is, qui LXXV. 1. gesserat, nominaretur quoque Callias. Quid commercii est inter voces Lysiam et Nausimachum? Archon autem Olymp. LXXXVI. 1. ab aliis Nausimachus, ab aliis Lysimachus, ab aliis denique compendiose *Lysias* appellatur. Quem Olymp. XC. 1. Astyphilum nominant Marmor Arundellianum et Athenæus. Diodorus Siculus mendose, ut opinor, Aristophylum. Et similiter, qui Aristomnestus XCI. 1. Isæo de Philoctetæ heredit. ille Auctori Argum. Av. Aristoph. et Hesych. in Ἐρμοκοπίδα Arimnestus est. Elpines Archon erat CVI. 1. Diodoro teste et Dionysio in Dinarcho, cod. tamen Dionysio in Lysia erat Elpinices. Unde fortasse restituendus Demosthenes pro Corona: Ἀῦται ἀπεδόθησαν αἱ μαρτυρίαι ἐπ' Ἑλληνικὸν Ἐκατομβαιῶνος τρίτῃ ἰσταμένον. Male hodie ἐπὶ Νικίων. Vel, quoniam ætas aliquantulum obstat, pro Νικίων Νικήτων restituas, qui paulo ante hanc Orationem habitam eo munere fungebatur. Certe Nicias in Fastis Atticis neutiquam comparet. Observabit bonus lector istum Nicetam a Diodoro Niceratam, ab Aniano de expedit.

Alexandri Anicetum dici. Verum ne extra oleas divagari videar, aut ea diligentius curare, quæ minus ad me attinent, ad Lysiam redeo, quem sic limatiorem reddo. p. 197. 1. ed. Steph. Οἱ δὲ νῦν θαπτόμενοι, βοηθήσαντες Κορινθίοις ὑπὸ παλαιῶν φίλων ἀδικουμένοις, κοινὸν δὲ σύμμαχον γενόμενος. Vegetari oppositionem velim facta unius literulæ mutatione, et reponi καινοί. Quod a veteribus hospitibus auxilium frustra expectabant Corinthiis, id in novis reperere. In eadem oratione p. 194. 4. οἷος μέγας, καὶ δεινὸς τῆδε τῇ πόλει κίνδυνος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἑλευθερίας ἡγωνίσθη; Vocem οἷος, quam sollicitarunt Codd. MSS. eam auctoritate Aristidis retinui, neque etiamnum pœnitet retinuisse. Οὐ μὴν ἔμελλον αἰ αἰραὶ λήξῃ δοξήσασθαι. λοιμὸς γὰρ τῇ τῶν Ἐφρεσίων πόλει ἐνήκμαζεν οἷος βαρύτατος. Auctor anonymus apud Suidam in v. Ἀραῖς. In proxima p. 97. 9. pro ἡμνάρην ἐν σ τ ἄ ς, locum ita correxi, ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἡμνάρην, ἐκ σ τ ἄ ς ἔβαλλέ με λίθοις. Neque pœnitet correxisse. Οὐδεὶς γὰρ ὑπέμεινεν αὐτὸν, οὐδ' εἰς χεῖρας συνῆλθεν, ἀλλ' ἀποστάντες ἔβαλλον ἀκοντίοις καὶ τοξύμασι. Plutarch. in Alcibiade extr. Inter honores, quos regibus suis Barbari conferre solent, recensentur ab Aristot. Rhetor. I. 5. Προσκυνήσεις, καὶ ἐκστάσεις. A via declinationes. Juxta p. 97. 25. Πειραίως male in textu locum occupat, quam vocem alibi semper ad imam paginam detrusi. Vid. p. 106. 29. Nam qui Atticas locutiones tractant, Mœris et Magister, cum contractam formam istiusmodi Genitivorum Atticis placere tradant, dissolutam ceteris Græcis, hanc ipsissimam vocem omine non lævo in exemplum adducunt. Eis, quæ a me ad istum locum dicuntur, addas Etymol. M. in v. Πηλεύς. Ἰστέον, ὅτι τὰ εἰς εὐς, εἰ μὴν καθαρὸν ἔχει τὸ ε, συναρεῖται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, Σπειριεύς, Σπειριέως, Σπειριῶς, κ. τ. λ. et rursus in Βασιλεύς. Ἰστέον, ὅτι τὰ εἰς ὡς (lege εὐς) εἰ μὴ ἔχῃ πρὸ τοῦ ε σύμφωνον, συναρῶνται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οἷον Ἐρετριεύς, Ἐρετριέως καὶ Ἐρετριῶς. Πειραίει ἐς, Πειραίει ὡς καὶ Πειραίῳς. Ibidem notavi elegantem usum τοῦ πάλιν, et contendi non semper iteratam aliquam actionem designare, sed venuste dici posse, pro invicem, ex opposito. Ita Plutarchus de fraterno amore: Τοῦναντίον αὐτῷ πάλιν πονηρόν. Ita cultissimus apud Latinos scriptor Cæsar: “ Ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros finis impetum faceret, sic iterum nos esse iniquos, qui in suo jure se interpellaremus.” B. Gall. l. 44. Itaque in illo loco ejusdem Cæsaris initio B. Gall. lib. 4. “ Hi centum pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, ex finibus educunt: reliqui, qui domi manserint, se atque illos alunt: Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi remanent.” In isto, inquam loco vox invicem, quæ ex Vossianorum Codd. uno abest, recte quidem mea sententia abest. Sedulus glossator (nam ex ea officina est, et sexcenti fere loci adhuc purissimi istius scriptoris istiusmodi spureitie contaminantur) cavet pro summa sua diligentia, ne rursus minus recte exponeremus, aut inusitatio ejus significatio lectoris aciem effugeret, itaque adlevit invicem. Sequitur p. 102. 2. ed. Steph. Ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν αὐτὸν ποιοῦνται. Aliquantulum fidei ad locum adstruere satagebam conjecturæ viri ingeniosissimi, ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν σπουδὴν ποιοῦνται. Emendationis fidejussores erant Herodotus et Pausanias. Ad Junge incertum apud Suid. in Ἀγώνισμα, Ἀγώνισμα, σπουδὴν, ἐπιμέλειαν. Ἀγώνισμα τίθενται συλλαβεῖν αὐτόν. et Herodotum iterum, Erat. 107. Εκπεσόντος δὲ ἐς τὴν ψάμμον αὐτοῦ, ἐποιεῖ εἶτο πολλὴν σπουδὴν ἐξευρεῖν.

## CAP. V.

Andocides. Percurritur ejus vita. Plutarchus in Andocide sæpius emendatur. Stephanus item Byzantinus et Nepos. Mos Atheniensium. Romanorum. Item alius. Παζίνου Σελίνου.

Ex Xviratu Oratorum nullum ætate conjunctiorem habuit Lysias, quam Andocidem, quorum utriusque orationes adversariæ ἀσεβείας adhuc servantur. Exstat Nostri pag. editionis Stephan. 103, 17. Andocidis, Edit. Steph. Oratorum Græcorum p. I. secundi tmematis. Percurram in h. capite vitam Andocidis, tum de fide nonnullorum, quæ illi hodie adsignantur, pauca disputabo, deinde ad cetera pergam. Quæcunque de Andocide prodiderit Plutarchus in libello de vitis X Oratorum, ea tanta fide expresserit Photius, ut hunc ab illo commodato accepisse dixeris. In ea tamen sententia non sum, et judico potius Sophistam, qui Plutarchum simulare voluit, historiarum suarum monumenta, rerumque gesta- 689  
mentum fidem a Photio emendicare coactum esse, qui solus eo tempore commentarium de vita Oratorum conscriptum habuit. Utunque cedat ista divinatio, lectori fortasse meo non displicebit, si bigam istam historicam, ut pariter fiat, procurarem. Hem! accipe.

## PLUTARCHUS

Tom. Moral. Edit. Græc. Bas. 1574. pag. 448.

Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν ἦν πατὴρ, τοῦ θεμένου ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίους, τὸν δῆμον δὲ Κυδαθῆναιος ἢ Θουρεὺς, γένους εὐπατριδῶν, ὡς δὲ Ἑλλάνικος καὶ ἀπὸ Ἑρμοῦ, καθήκει γὰρ εἰς αὐτὸν τὸ Κηρύκων γένος. εἰδὼ καὶ προχειρίσθη ποτὲ μετὰ Γλαῦκωνος, σὺν ναυσίν ἑκοσι Κερκυραίοις βοηθήσων, διαφερομένοις πρὸς Κορινθίους. μετὰ δὲ ταῦτα αἰτιαθεὶς ἀσεβεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς τοὺς Ἑρμῆς περικόψας, καὶ εἰς τὰ τῆς Δήμητρος ἀμαρτῶν μυστήρια, εἰδὼ τὸ πρότερον ἀκόλαστον ὄντα, νύκτωρ κωμάσαντα, θραύσαι τι τῶν ἀγαλμάτων τοῦ θεοῦ, καὶ εἰσαγγελλέντα, ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθη ὄν ἐξήτουν οἱ κατήγοροι δοῦλον ἐκδοῦναι, διαβληθῆναι, καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν τῆς δευτέρας γραφῆς ὑποπτον γενέσθαι. ἦν μετ' οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰσπεμφάντων Λεοντίους τε καὶ Αἰγισταίους ἀνδρας ἰδίᾳ μελλόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων, νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμῆς περιέκοψαν, ὡς Κράτιππὸς φησι. προσαμαρτῶν μυστήρια, κριθεὶς τε ἐπὶ τούτοις ἀπέφυγεν ἐπὶ τῇ μηρύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδῆν δὲ πᾶσαν ἐνεγκείμενος, ἐξεῦρε τοὺς περὶ τὰ ἱερὰ ἀμαρτάνοντας, ἐν οἷς καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐμήνησε, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγξας ἐποίησεν ἀπολέσθαι· τὸν δὲ πατέρα ἐβύβασατο, καίτοι δεδεμένον ἦδη, ὑποσχόμενος πολλὰ λυσιτελήσειν αὐτὸν τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἐψεύσατο. ἤλεγξε γὰρ ὁ Λεωγόρας πολλοὺς δημόσια χρήματα σφετεριζομένους, καὶ ἄλλα τινὰ ἀδικοῦντας. καὶ εἰ μὲν ταῦτα ἀφείδη τῆς αἰτίας. εὐδοκίμων δὲ ὁ Ἀνδοκίδης ἐπὶ τοῖς πολιτενομένοις, ἐπέθετο ναυκληρίᾳ καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεύσει καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἑσπίμοις ἐπεξενώθη, ὅτε καὶ μίαν τῶν πολιτῶν Ἀρστέιδου θυγατέρα ἀνεψιὰν οὖσαν αὐτῷ, λάθρα τῶν οἰκίων ἔξαγαγὼν ἐπεμψε εὐρων τῇ Κυπρίων βασιλεῖ. μέλλων δὲ ἐπὶ τούτοις εἰς ἑκαστήριον εἰσάγεσθαι, πάλιν αὐτὴν ἐξέκλεψεν ἀπὸ τῆς Κύπρου, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐδέθη. διαδράς δὲ ἦκεν εἰς τὴν πόλιν, καθ' ὃν χρόνον οἱ τετρακόσιοι διεῖπον τὰ πράγματα, δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων καὶ διαφυγὼν αὔθις, ὅποτε κατελύθη ἡ ὀλιγαρ-



χία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως τῶν Ἰών τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων. οἰκίσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἡλίδι, κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον, καὶ αὐτὸς ἦκεν εἰς τὴν πόλιν. πεμφθεὶς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης εἰς Λακεδαιμόνα, καὶ δόξας ἀδικεῖν ἔφυγε. Δηλοῖ δὲ περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις οἷς συγγέγραφεν. οἱ μὲν γὰρ ἀπολογουμένου περὶ τῶν μυστηρίων εἰσι, οἱ δὲ καθόδου δεομένου· σώζεται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ τῆς ἐνδειξίως λόγος, καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης, καὶ ἠκμαζε μὲν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ. ἄρχει δὲ αὐτῷ τῆς γενέσεως Ὀλυμπιάς μὲν ἰβδομηκοστῆ ὀγδόῃ, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεογευίδης, ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσι πού ἑκατόν. Τούτου δὲ ἐπώνυμός ἐστι καὶ Ἐρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγιηδός, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. καὶ αὐτὸς δὲ ἔχορήγησε κυκλίῃ χορῶ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ, ἀντικρὺς τοῦ πωρίνου σελίνου· ἔστι δὲ ἀπλοῦς καὶ ἀκατάσκευος ἐν τοῖς λόγοις, ἀφελῆς τε καὶ ἀσχημάτιστος.

## PHOTIUS

## Biblioth. Cod. CCLXI.

Ἀνεγνώσθησαν Ἀνδοκίδου λόγοι δ'. οὓς τέως εἶδωμεν· ὁ περὶ τῶν μυστηρίων, ὁ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου, ὁ περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, καὶ τέταρτος ὁ κατὰ Ἀλκιβιάδου. Ἔστι δὲ ἐν τούτοις ὁ ἀνήρ ἀπλοῦς τε καὶ ἀκατάσκευος, ἀφελείας τε φίλος, καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ σχηματιζόμενος. συνακμάσαι δὲ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ λέγεται, καὶ ἀρχὴν αὐτῷ τῆς γενέσεως γενέσθαι ὀγδόην καὶ ἰβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. πᾶς δὲ ἐχρημάτιζε Λεωγόρου, ἐξ εὖ γεγονότων καταγόμενος. Ἑλλάτικος δὲ φησι καὶ τῆς πόρρω τῆς γενέσεως ὀχρεοῦς ἦκεν εἰς αὐτὸν ἐξ Ἐρμού. αἰτίαν δὲ λαβὼν τοῦ ἀσεβεῖν ἐπὶ τῇ τῶν Ἐρμῶν περικοπῇ, καὶ τῇ τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος ἕβρει, ἀπέφυγε κριθεὶς ἐπὶ τῷ μνηύσειν τοὺς ἀδικούντας· σπουδῆν δὲ πᾶσαν εἰσενεγκάμενος, εὔρε τοὺς εἰς τὰ ἱερά ἀμαρτήσαντας, οἷς καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα συγκατεμήνησεν· ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγχους φωράσας ἀπολέσθαι κατεπράξατο, τὸν δὲ πατέρα καίτοι δεδεμένον ἤδη ἐξιλετο ὑποσχόμενος ἐν πολλοῖς αὐτὸν λυσιτελεῖσι (Steph. λυσιτελῆ. Ἰ. λυσιτελήσειν absque γενέσθαι olim scriptum) γενέσθαι τῇ πόλει· καὶ οὐκ ἐψεύσατο. ὁ γὰρ Λεωγόρας πολλοὺς εὐίληξε χρήματα δημόσια νοσφισαμένους, καὶ ἕτερα τοιαῦτα παρανομοῦντας. εὐδοκίμων δὲ ἐπὶ τοῖς πολιτεύμασιν ὁ Ἀνδοκίδης ἐπέθετο ναυκληρίαν (I. ναυκληρία) καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι ξένος ἐγένετο, καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις, ἠνίκα καὶ θυγατέρα μὲν Ἀριστείδου, ἀνεψιὰν δὲ αὐτοῦ, τῶν οἰκείων ὑπεκκλέψας δῶρον ἔπεμψε τῷ Κυπρίων βασιλεῦ. μέλλων δὲ εἰς δικαστήριον ἐπὶ τῇ κακουργίᾳ εἰσάγεσθαι, πάλιν αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου κλέπτει, καὶ ἀλοῦς ὑπὸ τοῦ Κυπρίων βασιλέως, δεσμοῖς παρεδόθη· κἀκείθεν δὲ διαδρᾶς ἐπειήμησε τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἠνίκα τοῖς τετρακοσίοις τὰ πολιτικά μετεχειρίζετο πράγματα· δεθείς δὲ καὶ ὑπὸ τούτων πάλιν διέφυγεν. ἠνίκα δὲ ἡ ὀλιγαρχία κατελύθη, ἐφυγαλεύθη τῆς πόλεως· καὶ ἐν Ἡλίδι τὸν τῆς φυγῆς χρόνον διατρίψας, τῶν περὶ Θρασύβουλον κατεληλυθόντων, καὶ αὐτὸς συγκατελήλυθεν· αἰρεθείς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης εἰς Λακεδαιμόνα πρεσβεύειν, καὶ ἀδικεῖν δόξας ἔφυγε. Τούτου δὲ ἐστὶν ἐπώνυμος καὶ Ἐρμῆς, ἀνάθημα μὲν φυλῆς Αἰγιηδός, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου, διότι πλησίον αὐτοῦ Ἀνδοκίδης ἦκει.

690 Si unum legeris, utrumque legeris, nisi quod [illa,] quæ Photius commentatus est, alter mendose et σολοικοφανῶς exscripsit. Andocides Leogoræ fil. (hucusque saltem recte, et juxta marmor apud Fulv. Ursinum

ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΔΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ) erat juxta Plutarchum Κυδαθηναίος ἢ Θουρεύς. Κυδαθηναίεὺς esse potuit, et credo fuisse, verum ita in Plutarcho rescribas. Harpocratio etenim et Steph. Byzantinus, Δημος φυλῆς Πανδιονίδος, ἀφ' οὗ ὁ δημότης Κυδαθηναίεὺς. et similiter marmor Athenis,

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ.

ΑΥΛΟΥ.

ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ.

itemque alterum ibidem,

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ. ΤΟΥ. ΜΥΡΩΝΟΣ.

ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΩΣ.

Proxime: Istud Θουρεύς, est depravatam quoque. Θοραὶ erat populus Ἀντιοχίδος φυλῆς, unde popularis denominandus erat, non Θουρεύς, ut Plutarchus, neque denuo Θορεύς, ut Stephanus Byzantinus, sed Θοραίεὺς, ad quam lectionem ibi prope accedit MS. Gronovii Θορακίεὺς. Unum interea me male habet: Si fuerit domo Κυδαθηναίεὺς, ex tribu erat Pandionide, si Θοραίεὺς, Antiochide: Ille interea extra utramque Tribum habitabat, in Ægeide sc. si omnes Historici non mentiantur: Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὦν φυλῆς Αἰγηίδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου, εὐὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. Plutarch. et similiter Photius. “Accidit, ut una nocte omnes Hermae, qui in oppido erant, Athenis dejicerentur, praeter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est.” Nepos in Alcibiade. Qui locus in manuscripto vetusto melius hoc pacto legitur — ante januam Andocidis erat: Itaque ille postea Mercurius Andocidis vocatus est. Haec, inquam me, male habuissent, ni crederem unumquemque non ea tribu aut populo (ita enim cum Cicerone δῆμον interpretor) existimari, ubi degebat, sed ea, cui ab origine sua gens et familia accensebatur. Perinde ut apud Romanos, qui Romæ habitabant, Magnates in rusticas potius tribus nomen lubentissime dederunt. Inde est, quod Fabiensis et Scaptiensis tribulis suos dixit Augustus apud Sueton. in Octav. 40. Ita marmor Brixienne apud Gruterum CXXVI. 3.

C. IVLIO. C. F.

FAB. SCAPT.

CAESARI.

AVGVSTO.

Et quod in honorem Tiberii tribulis itidem sui monumentum consecraverunt Pontifices Albani. Gruter. CXXV. 8.

TI. CAISARI. DIVI. AVG. F.

DIVI. IVLI. N. AVGVSTO.

PONT. MAX. COS. V. IMP. VIII. TRIBVN.

POTEST. XVIII.

PONTIFICES. ALBANI.

Q. IVLIVS. Q. F. FAB. RVFVS.

C. IVLIVS. C. F. SCA. BASSVS.

TI. IVLIVS. TIB. F. FAB. MERVLA.

M. IVLIVS. C. F. FAB. SENICIO.

Quemadmodum fere Cives nostri Londinenses non istorum sive Collegiorum sive Sodalitatum jure utuntur, quorum quæstibus, verum ut unicuique nomen profiteri conlubitum est maxime. Deinde Plutarchus, jam non Librarii vicio, sed suo expurgandus, in prosapia Andocidis deducenda maluit Photium sequutus, Oratorem ex Mercurio, quam seipsum in vita Alcibiadis, ex Ulysse derivare. Neque hæc dico nescius perinde esse, teste ipso Ulysse apud Ovid. Met. XIII. 146.

“ Est quoque per matrem Cyllenis addita nobis  
Altera nobilitas:”

verum ut moncam, quantum scheda Photianæ ob oculos positæ valerint præ ipsius Plutarchi commentariis, qui fortasse ad manum scriptoris in his vitis concinnaudis non erant. Verum pergit, et cum classe XX navium refert Andocidem missum ad auxilium Coreyrcis ferendum contra Corinthios. Instructa erat classis illa Olymp. LXXXVI. 1. quo tempore annum agebat Andocides 33tium. Confirmat vero Lysias [p. 129. ed. Tayl.] cum quadragenarium nunquam obiisse munus *ἰππέως, ὀπλίτου* nunquam, non *τριηράρχου*, non *ἐπιβάτου*. Qui igitur classi præfuit, erat Andocides, Leogoræ quidem filius, nostri vero avus paternus, ut olim vidimus.

691 Solenne fuit Atheniensibus nomina in familiis alternare, τὰ ὀνόματα παρ' ἀλλήλων παραλαμβάνεσθαι, ut loquitur Orator c. Macartal. Lex fortasse id non jussit, jussere tamen mores, jussit consuetudo: eoque animo intelligo locum istum ejusdem auctoris: Τὰ δ' ὀνόματα ἐδέχθη τούτοις — τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ τὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἑμαντοῦ ὄνομα Σωσίαν, ὡς δίκαιόν ἐστι· καὶ ἀπέδωκε τῷ πρεσβυτάτῳ τοῦτο τὸ ὄνομα. Idem contra Bæotum: ἀξιῶ δ' αὐτὸς, ὡς δὴ πρεσβύτερος ὢν τοῦνομ' ἔχειν τὸ τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου. Inde Miltiades Cimonis filius et Cimo Miltiadis, et quod ait Aristoph. Av. 284.

Ἴππὸνικος Καλλίου καὶ Ἴππονίκου Καλλίας.

ad quem locum vid. Palmer. in Exercit. Spaunheim. ad Nub. Aristoph. 64.

“ Vota pater solvit, nomenque imponit avitum :  
Iphis avus fuerat.”

Ovid. Met. IX. 707. Iterum Plutarchus. Andocides erat Leogoræ filius, istius sc. qui pacem cum Lacedæmoniis fecit. Ut in superioribus Avi res gestas ad Nepotem, hic ad Filium transtulit. Testis est Andocides ipse in Orat. de pace: Καὶ ἠρέθησαν ἕκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἀπάντων πρέσβεις εἰς Λακεδαιμόνα περὶ εἰρήνης αὐτοκράτορες· ὢν ἦν Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. Notabile est, quod ubicunque hic scriptor ab exemplari Photiano discedat, ibi in errores maximos incidat. Addit idem circa finem, Andocidem in ædilitate victorem tripodem posuisse ἀντικρυς τοῦ πωρίνου σελίνου. Neminem vidi, quem non exeruciavit istud πωρίνου σελίνου: Porini Selini, ut vertunt. Quod miror. Nihil frequentius, quam ut Græci dicant λίθινον Ἐρμῆν pro lapidea statua Mercurii. Idem fere esset, si dixissent πώρινον: Πώρινος, λίθινος, ὁ δὲ πῶρος οὐ πᾶς λίθος, Hesych. Vid. Herodot. Terpsich. 62. Συγκειμένον σφι Πωρίνου λίθου ποίειν τὸν νηδὸν, Παρίον τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. Pausan. Eliac. II. 19. Ἔστι δὲ λίθου πωρίνου κρηπίς ἐν τῇ Ἄλτει. Porum lapidem memorat Plin. XXXVI. 6. fin. et XXXVI. 17. “Mitior est autem servandis corporibus nec absumendis chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum



ferunt: Parioque similis candore et duritie, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur." Inde pro *σελίνου* (quod nihil est) lego *Σιδήνου*, et intelligo statuam istius Dei ex lapide, qui porus dicitur, factam. Andocides noster jam adultus vixit, si quis alius, vitam vere *ἀβιωτον*. p. 105. ult. ed. Steph. Singularis in eo fortunæ inconstantia, non quod utramque alternatim expertus sit, sed quod adversam varie. Age ergo, ut cum Auctore meo a me emendato loquar: *Σκέψασθε Ἀνδοκίδου τὸν βίον, εἴτε τοιοῦτος ἢ ἑτερός ἐστίν*. p. 105. 12. Juventutem petulanter egit, et, ex auctoritate Plutarchi, propter nocturnas commessiones venit olim in suspicionem Hermarumque obruncatorum et profanatae Cereris religionis. Ex eo crimine, cum servum, quem productum vellent adversarii, domi retinuit, iterum incidit in similem infamiam, cum una nocte ante exitum classis, quæ Alcibiade duce in Siciliam erat navigatura, omnes Herinæ, qui in urbe erant, dejicerentur, præter unum, qui ante Andocidis januam erat. Hæc Plutarchus solus et admodum indistincte. Priorem istam *αἰτίαν* ceteri omnes partim ignorant, partim negant. Thucydides quidem haud obscure innuit VI. 28. accidisse, ut ante notabile istud Hermocopidarum facinus juvenes quidam temulenti Hermas præciderent per ludibrium et petulantiam: sed ex ejusdem verbis elicitor quoque nullam de ea re habitam fuisse quæstionem, nullum iudicium, donec erumperet hæc, sive Alcibiadis, sive cujusquam alius, audacia. Verba ejus adponam, ne fidem ægre mihi adcommodes: *Μη ὕεται οὖν ἀπὸ μετοίκων τέ τινων καὶ ἀκολούθων, περὶ τῶν Ἑρμῶν οὐδέν, ἀλλῶν δὲ ἀγαλμάτων περικοπαί τινες πρότερον ὑπὸ νεωτέρων μετὰ παιδείας καὶ οἴνου γεγενημένα*. In magna illa trepidatione et timore populi ob dejectos Hermas, in qua Alcibiadis potentia suspectior erat (cujus rei historiam legere possis apud Photium in Andoc. Plutarch. in Alcib. et Nicia, Lysiam c. Andocid. atque Andoc. ipsum *περὶ μυστηρίων*, Thucyd. Diodor. aliosque), crebræ factæ sunt delationes, quas vide apud Andoc. p. 2. 3. seqq. ed. Steph. Andocidem denique ipsum insimulat Diocles, ibid. p. 6. inter alios quadraginta, quorum plurimi cognatione vel affinitate illi erant conjuncti. Fuerunt autem Leogoras Andocidis pater, Callias Teleclis f. qui Andocidis sororem, quam unicam habuit, uxorem duxit, Euphemus Teleclis f. Calliæ frater, Charmides Aristotelis et Leogoræ sororis filius, Taureas Leogoræ patruelis, Nisæus Taureæ filius, Callias Alemæonis filius, Leogoræ itidem patruelis, aliique, ibid. p. 7. Ibi Andocides in jus vocatus ultro se vincendum obtulit, ni servum, quem secum habuit, coram sisteret. p. 105. 14. Res, ut videtur, in ejus arbitrio stetit, an erat argenti aestimatio faciendâ, qua teneretur ni sisteret, an vinculis coerendus, usque dum servum proferret: ille tamen sana mente exturbatus vincula prætulisse dicitur, cum interea sciret, servum, ne delator fieret, a se morti fuisse datum. Hæc eo paulo fusius, quia et locum Lysiae illustrent, meas ibi emendationes confirmant, Plutarchi denique de servulo isto Andocidis fidem, qualis sit, perspicendam lectori exhibeant. In iis vinculis post annum fere integrum, proposita immunitate patrem cognatosque omnis simul insimulat et absolvitur. Senex aliis iudiciis de ærario factis gratiam populi meruit, seque pœna eripuit, quæ ceteros omnis confestim insecuta est. Hæc habet historia, quæ dum infirmare vellet Andocides in luculenta ista, quam pro se habuit, defensione, illud interea vel ex ipsius testimonio constat: fuisse eum in ista conjuratione:

ejus facinoris auctorem et caput exstitisse Euphiletum quendam; atque Hermem denique, qui ob Andocidis januam solus in urbe non dejiceretur, ideo incolumem mansisse, quod Andocides, qui in eam operis partem designatus erat, id temporis æger ex vulnere in lecto decumbebat. Eo periculo liberatus homo noster mercaturæ quæstum occipit, atque amicitia cum Rege Cypri facta, civem Atticam sibi affinem clam e tutela eduxit, novo hospiti in servitum et delicias. Istius lenocinii causa metuens sibi a suis civibus, dum puellam furto repetere vellet, a Rege in vincula conjectus est. Elapsus domum revertitur, rursusque a CCCCviris, qui tunc Remp. tenebant, in carcerem et verbera datur. Corruente Rep. sub XXXviris dura omnia exsilii, restituta cum Thrasibulo, infensos civium animos expertus est. Binas ibi Ἐνδείξεως causas sustinuit, quarum unam egit Lysias Orat. VI. Postquam diutinam ætatem in vinculis egisset et bona in judiciis dissipasset, legatus ad Lacedæmonios de pace ineunda missus, et domi postea παραπρῆσιβείας condemnatus, reliquum quod erat vitæ in exsilio peregit, relicta domo vacua, splendissimaque familia in ejus funere clausa. Eum exitum habuit Andocides, vir auctoritate inter suos magnus, eloquentia inter posteros clarus, omnino major, si facundia, quam in periculis suam salutem eleganter exercebat, in Reip. discrimine ad communem utilitatem salutariter fuisset usus. Ea facundiæ monumenta commentario proximo materiam suppeditabunt.

## CAP. VI.

Andocidis Orationes IV. Laus Iosephi Wasæi τοῦ μακαρίτου. Andocidis oratio prima περὶ μυστηρίων. Eadem est Ἐνδείξεως. Gravissima oscitantia Scriptoris vitæ Andocidis. Secunda falso inscribitur. Ter emendatur. H. Stephani temeritas. Vindicatur emendatio Lysiaca. Tertia νοθείεται. Tollitur ex ea mendum fædisimum. Disputatur de quarta sive postrema. Emendatur plurimis in locis. Ἐνανδρία. Ostracismi exitus. Num videatur hæc oratio a Lysia fuisse conscripta? Quem revera habuit auctorem. Locus Platonis vindicatur contra ejus Interpretem. Emendantur Lycargus et Plutarchus.

Ex Orationibus, quas scripsit Andocides, IV, hodie superstites, legit Photius. Plutarchus, qui Photianis non contentus Vitam addidit, pueriliter peccavit, mihi eo nomine poenas proxime daturus. Si exstitissent commentarii, quos in Andocidem scripsisse olim Valerium Theonem testatur Suidas, aut si prodissent curæ, quas non ita pridem huic scriptori impendisse viros doctos in exteris regionibus didici ex Cl. Wasæi Bibliotheca Literaria, minus, credo, mihi fuisset necessarium, ut hic dissererem, quæ ad singulam Andocidis orationem olim adnotavi. Dum hæc scribo Calendis Decembribus MDCCXXXVIII, de obitu clarissimi istius viri et de Republica literaria optime meriti, Iosephi nempe Wasæi, primus allatus est nuncius, Dolebam sane, primo quod tanto hortatore studiorum meorum, mihi que multis officiis conjunctissimo privatum me viderem, tum vero quia interitu talis viri in alienissimo Reipublicæ literariæ tempore extincti, dignitatem bonorum studiorum, nostrique præsertim ordinis statim imminutum iri sensi. Magna ille vixit et cum summis viris gratia et cum cruditis auctoritate. Nam et ingenium nullis

literarum limitibus, humanitatem nullo officiorum genere concludi et circumscribi voluit. Testes meæ orationis esse possunt plurimorum nostrorum hominum tum etiam et exterorum voces, quibus illius nunquam aut in laboribus suscipiendis consilium, aut in exsequendis opera defuit. Atque profecto dolorem nostrum non minimum auxisset, ni ex isto literarum consortio et conjunctione, quam semper cum viris eruditissimis excoluit, spes aliqua superesset, Diodorum aliquando non minus limate aut emendate minus proditurum. Hac quasi parentatione defunctus eo unde divorti redeo. Inscribitur prima oratio Andocidis *Περὶ Μυστηρίων*. Præter eam superesse quoque sua ætate voluit alteram *Περὶ Ἐνδείξεως* Plutarchus. Si superfuit una, superfuisse sat scio alteram, cum una sit. Ἐνδείξις erat ea actionis species, quæ, si quis legibus aut iudicio publico, aliquo aut loco aut munere exclusus, eum tamen aut locum adire, aut munus ambire voluit, reum deferebat. Andocides, qui et *mysteria* fecisse insimulabatur, et cetera nefaria commisisse, adeoque eo piaculo constrictus, talem Ἐνδείξεως causam in hac oratione egit, itaque ab Antiquis pro arbitrio orationem vel Ἐνδείξεως vel *Περὶ Μυστηρίων* (nam utroque modo scribunt) habuisse dicitur. Vocem *Ζητητής* ex oratione *Περὶ Ἐνδείξεως* laudat Harpocratio, quæ in illa, quam hodie habemus, *Περὶ Μυστηρίων* aliquoties occurrit. Causam denique expedit ipse Andocides, cuius verba Edit. Steph. p. 2. hæc sunt: *Πρῶτον μὲν περὶ αὐτῆς τῆς αἰτίας, ὅθεν περ ἢ ἔνδειξις ἐγένετο, ὡς περ εἰς τὸν ἀγῶνα τὸνδὲ κατέστην περὶ τῶν μυστηρίων (ἀπολογήσομαι sc.)* Tunc, mi homo, sub leonino Plutarchi nomine os istud tuum asininum latere posse arbitreris! Neque adhuc tam laute corium tuum dedolasse mihi videor, quin iterum, ubi usus venerit, a me vapulabis. Sic soleo, qui genus, qui ingenium mentiuntur. Secunda oratio nomen vulgo sortita est *Περὶ τῆς ἑαυτοῦ Καθόδου*. In ea luculentissima sane oratione *conqueritur* multum de quorundam civium injuriis, qui negaverunt suum indicium de Hermocopidarum conjuratione Reipublicæ quidquam attulisse salutis: *εἰπονὶ* suam infelicitatem in consiliis e. Republicam initis, vitamque ex ea tempestate quam duxit vere *ἀζίωτον*: *orat* denique, quæ causæ fuit summa, ut immunitatem (*ἄδειαν* vocant Græci) quam olim illi ob indicia *ἔψηφισαντο*, postea autem mutato consilio revocarant, ratam esse nunc demum paterentur. *Ἐγὼ τοίνυν τοσοῦτον ὑμῶν μόνον ἔιομαι τὸ ψήφισμα, ὃ Μενίππου εἰπόντος ἔψηφισασθε, εἶναι μοι ἄδειαν, πάλιν ἀπόδοτε. ἀναγνώσεται δὲ ἑμῖν αὐτὸ, ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐγγέγραπται ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Ψήφισμα. Τουτὶ τὸ ψήφισμα, ὃ ἠκούσατε, ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ὑφέλεσθε, χάριν ἐτέρῳ φέροντες.* Rectius ergo inscriberetur *Περὶ τῆς Ἀδείας*, quo nomine laudat Harpocratio in v. *Ὁρῶδεῖν*. Eam tamen non prius dimittam, quam contra H. Stephani temeritatem vindicavero. Ille enim, ut olim in Lysia, dominationis τῶν CCCC oblitus (gravius aliquid dicere nolim) ter in hac Oratione, Aldinam, et MSS. lectionem *τετρακοσίων* et *τετρακοσίους* in *τριακοσίων* et *τριακοσίους* imprudentissime mutat. V. not. p. 171. pen. ed. Steph. Tu ubique restituas in his locis, quod ille exclusit. Hæc erant cum adnotatu necessaria, tum etiam emendationi meæ ad Lysiam aliquam auctoritatem addunt. *Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἐπεὶ τῶν τετρακοσίων θεὸς λήθην ἔδωκε*, p. 105. 30. ubi ex historia dudum correxi, *Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. Θεὸς γάρ, etc.* Quod potui etiam hoc loco adductus Andocidis: *Ἴνθό-*



μνοι δὲ τινὲς με ἤκουτα τῶν τετρακοσίων ἐζήτουν τε παραχορήμα, καὶ λαβόντες ἤγαγον εἰς τὴν βουλὴν. εὐθὺς δὲ παραστάς μοι Πείσανδρος κ. τ. λ. Sequitur tertia oratio De Pace, quam Harpocrates, et, juxta auctorem ὑποθέσεως, Dionysius quidam, proculdubio Halicarnassensis, Oratori nostro adjudicant. Et recte quidem mea sententia adjudicant. In Orationis initio insumpta est fere una pagina Edit. Steph. in monumentis suæ gentis recensendis, ut hoc planum faceret audientibus, majores eorum non modo nullo cum impendio, sed maxima semper cum utilitate pacem cum Lacedæmoniis fecisse. Totum autem locum, iisdem pene per omnia verbis, emendicavit Sophista ex fine Orationis Æschinis de e ment. legat. Quas autem reponit ille gratias pro tantis auxiliis? Ista sc. quas solent, qui exsurgent nemp̄ ut describant perperam. In Andocidis editis ita: Ἦν μὲν ὁ πόλεμος ἡμῖν ἐν Εὐβοίᾳ — καὶ Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος ὠστρακισμένον, καὶ ὄντα ἐν Χερρόνησῳ κατεδεξάμεθα ἐν αὐτῷ τοῦτο, πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων, ὅπως πέμψαιμεν εἰς Λακιδαιμόνα, προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν. καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνην ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πέντε, καὶ ἐνμείναμεν ἀμφότεροι ταύτας εἰς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα. Hoc est digitis computare! Audi vero alterum: Καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον — Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδα-  
694 μονίους, ὄντος προξένου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετείς ἐποιήσαμεν, ἐχρησάμεθα αὐταῖς δὲ ἔτη τριακαίδεκα. Æsch. π. παραπροσβ. non procul a fine. Ad quartam vero properat, in qua magnopere exultat, Crisis mea. Habita est, si Musis placet, *Contra Alcibiadem*. Ita Harpocrates cum alibi, tum in voce Εὐανδρία. Εὐανδρία. Παναθηναίους Εὐανδρίας ἀγῶν ἤγειτο. Ἀνδοκίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου ἐηλοῦ, καὶ Φιλόχορος. Primum itaque restituamus eam vocem orationi, nam hodie in ea neutiquam comparet. Locum autem habebit in ipso exitu orationis, Καίτοι τυγχάνω νενικηκώς ἐν ἀνδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, καὶ τραγῳδοῖς. Vox ista Ἀνδρία suspecta fuit doctissimo Palmerio, qui de eo agone nihil unquam se legisse profitetur; quoniam autem λαμπραδηφορία ἀγῶν (ab Oratore proxime memoratus) celebrabatur in Academia, dubitat, nam Andria vox irreperit pro Academia, quæ forte per abbreviationem quandam scripta fuerat. Tu autem pro ἐν ἀνδρίᾳ lege εὐανδρία. Quis negat? Ego interea majus opus moveo. 1. Disputatur in hac causa quemnam potius ex tribus decennali isto exsilio, quod ostracismum vocant, plecterent Athenienses: Ὁ μὲν οὖν ἀγῶν ὁ παρῶν, οὐ στεφανηφόρος, ἀλλ' εἰ χρή μὴδὲν ἀδικήσαντα τὴν πόλιν δέκα ἔτη φέγειν. οἱ δ' ἀνταγωνιζόμενοι περὶ τῶν ἄθλων τούτων ἐσμέν ἐγὼ καὶ Ἀλκιβιάδης καὶ Νικίας ὧν ἀναγκαῖον ἕνα τῇ συμφορᾷ περιπεσεῖν. Edit. Steph. p. 29. (2.) Deinde, Orator, quicumque fuerit, memorat, se domo esse humili potius et ignobili, quam illustri: Εἰ δὲ κατὰ γένος (vel ut feliciter saltem Stephanus καὶ τὸ γένος) σκοπεῖν, ἱμοὶ μὲν οὐδαμῶθεν προσήκει τοῦτου τοῦ πράγματος, p. 33. (3.) Porro legationes suas recenset, quibus honorifice et in civitatis salutem functus est: Ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν καὶ εἰς Ἰταλίαν καὶ εἰς Σικελίαν τοὺς μὲν διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδεῖους ἐποίησα, τοὺς δ' ἀπὸ τῶν ἰχθρῶν ἀπέστησα. p. 34. Jam meum est, ut veris, si possim, vincam hæc quasi eris lineamenta Andocidem minime referre, deinde ut producam, quem referant maxime. Interea autem, dum me ista cura exerceat, expendenda est Athenæi auctoritas, qui hanc orationem in quodammodo Lysiae nostro assignet: cum l. 9. sub

enem laudet ex ejus oratione adv. Alcibiadem voces Τοῖς χρυσοῖς χερνυβίοις καὶ θυριατηρίοις, qui locus continuo legitur in oratione præ manibus, p. 33. πρότερος τῆς πόλεως χρῆσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνυβίοις (1. χερνυβίοις) καὶ θυριατηρίοις. Attamen eam locutionem usurpare potuit uterque, et Lysias et noster, sive Andocides, sive quisquam alius: vel in Auctoris nomine cespitaverit summus ille scriptor: certe ad Lysiam multo minus spectat, quam ad Andocidem. Aio autem neque ad Andocidem. Primo enim id confirmo, quantum sc. ea res confirmari possit, *negando*. (1.) Nam Andocides, quantum ex historię monumentis liquet, nunquam cum Alcibiade et Nicia de ostracismo decertavit. (2.) Deinde non ea fuit Andocidi generis condicio, ut hanc domus suæ obscuritatem liquido affirmare possit, qui alibi nominis sui splendorem jactare soleat: Κάιοι οὐκ ὕνιδος ὑμῖν ἢ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὔσα, qui majorum res gestas: οἱ πλείστα μὲν στρατηγήσαντες στρατηγίας, πολλὰ τρόπαια τῶν πολεμίων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑμῖν ὑπέδειξαν, πλείστα δὲ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες κ. τ. λ. qui denique Mercurio satus generis sui summam et religiosam antiquitatem: οἰκία δὲ πασῶν ἀρχαιοτάτη καὶ κοινοτάτη αἰεὶ τῶν δεομένων. (3.) Tertio autem Andocides, ut dicimus ex Lysia, Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum peragravit, sed privatus, sed in ἀποδημίᾳ: nostrum autem vides in Thessalia, Macedonia, Molossia, Thesprotia, Italia, et Sicilia legationes præclare obiisse: Quæ quam diversa! Jam ergo ut declarem, quis Orationem hanc conscripserit, primum, id quod paucissimis ante me contigisse video, monendum est frustra in bibliothecis quaeri, quem hodie commendo: novus tibi hodie salutandus est hospes, priusque tibi commonstrandus, quis sit, quem velim, quam quod ea, quæ velim, conscripserit. Totum excute Argiletum, non erit ex Sosii, qui tibi confirmabit, PHÆACEM quendam sibi unquam æra meruisse. Quotus quisque est ex crumenimulga ista disciplina, qui non protinus exclamet, Mi homo! operam ludis. Canonistæ quidem apud nos non vaneunt, neque Scoti familia familiam meam alere possit, at ceteros interea omnis novi perquam familiariter, religavi, distraxi (addet fortasse ΕΒΔΙ), doctos, indoctos; antiquos, neotericos; eos, quos Minores legunt quotidie, eosque, qui Majores legerint nunquam; eos, qui scripserint ut legendo bene sit aliis, eosque, qui ut comedendo bene sit sibi. Meam autem ceram nunquam signavit Phæax. Valebis. Quod si in Eruditorum bibliothecis hominem velis demonstrari quis sit, aut quem pluteum habitet, tibi commonstrari, tantundem est. Quem igitur legis, ut noris, accipe. Phæax, qui cum Alcibiade vixit, δεινὸς ῥήτωρ memoratur ab Aristoph. σχ. ad illa Equitum v. 1374.

Σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανε.

Συννερκτικός γάρ ἐστι, καὶ περαντικός,

Καὶ γνωμοτυπικός, καὶ σαφής καὶ κρουστικός,

Καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.

695

Ille (ut τὸ δεξιῶς οὐκ ἀπέθανε exponit Scholiastes) causa capitis dicta ἐπαντοφώρη, facundię debuit salutem. Concordant omnia. Confirmat enim noster Orator se olim capitis causam dixisse; fuisse sententiis judicium absolutum; duos deinde, qui in eadem secum fuerint causa, dissimili tamen usos esse fortuna et mortem subiisse. Locum producam, ut

una emendem. Exstat autem pag. Edit. Steph. 34. ineunte: Καίτοι οὐ δῆπου, ὦ Αθηναῖοι, ὄστρακισθῆναι μὲν ἐπιτήδειός εἰμι, τεθνάναι δὲ οὐκ ἄξιός· οὐδὲ κρινόμενος μὲν, ἀποφυγεῖν, ἀκριτος δὲ, φεύγειν. ὁ δὲ (rectius οὐδὲ) τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος δικαίως (1. ἀδίκως) καὶ νικήσας, πάλιν δόξαιμι δι' ἑκείνα ἐκπεσεῖν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως μετὰ μικρᾶς διαβολῆς ἢ φαύλων κατηγορῶν, ἢ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ἐχθρῶν ἐκινδύνεον, ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ἑρρώμενεστάτων καὶ λέγειν καὶ πράττειν· οἷτινες δύο τῶν τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐχόντων ἐμοὶ ἀπέκτειναν. Verum ut disertius explicetur, quemadmodum ea, quæ cum Andocide pugnant, Phæaci competere videantur, (1.) liquet primo ex Plutarcho in Alcibiade, et Nicia, disputari olim de ostracismo inter PHÆACEM, AL-CIBIADEM, et NICIAM. Plutarch. Edit. Bryan. tom. 2. p. 16. ubi dicitur, Alcibiadem, cum primum ad Remp. accessit, nactum esse adversarios duos præ cæteris, Phæacem Erasistrati et Niciam Nicerati: Phæacem cum in aliis rebus, tum in oratione maxime Alcibiadi cedere. Nam quanquam ex eo loco, quem in Rep. tenuit, necesse fuit, ut populum nonnunquam concione compellaret, plus tamen semper in colloquiis privati et sermonibus domesticis profecisse, quam valuisse forensi eloquentia, ut de eo Eurpolis comicus scriberet

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Hunc igitur Hippiratum, ubi populus ad solatium potius invidiæ, quam timoris, cujusdam Hyperboli hortatu, in exsilio decennalis discrimen impulit, καὶ δῆλον ἦν, ὅτι ἐνὶ τῶν τριῶν τὸ ὄστρακον ἐπίσουςι, verbis ipsissimis Plutarchi utor, ibi Alcibiades adunatis consiliis cum Nicia, vel, juxta alios, cum Phæace, metum omnem et periculum in Hyperbolum convertit nihil tale cogitantem. Non enim in homines aut obscuro genere natos aut infamia aliqua constrictos, sed in summos ubique et populo ob fortunas aut potentiam suspectiores id genus pœnæ semper cadebat, unde de Hyperbolo Plato Comicus,

Καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,  
 Αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια,  
 Οὐ γὰρ τοιούτων εἶνεκ' ὄστραχ' εὐρέθη.

Eum exitum habuit ista contentio, eum quoque et ipsa pœnæ ratio. Pœnituit enim Republicam Hyperbolum hominem nequissimum, faciem populi, et cruce magis, quam testa dignum, ea pœnæ dignitate ceteris, qua fortissimum quemque civem, Themistoclem, Aristidem, ceterosque olim censuissent. Desivit ergo et absurta est in hoc pœnæ errore pœnæ quoque natura, neque ultra Hyperbolum, qui istam nobilitatem exsilio quasi contaminasse videtur, quisquam alius ostracismum subisse dicitur. (2.) Secundo autem, Phæax Erasistrati neque domo admodum nobilis, neque majoribus clarus, recte ea, quæ dixit, potuit proferre. Gens Erasistrati nullum in Vett. monumentis dignitatem consecuta est; primus erat, qui nobilitavit, noster Phæax, cujus deinde nepos ex fratre Erasistratus inter XXX viros fuisse videtur: nam de eo intelligo verba ista Platonis in Eryxia, init. 'Ετυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου, ἐγὼ τε καὶ Ἐρυσίας ὁ Στειριεύς· εἶτα προσελθέτην ἡμῖν Κριτίας τε καὶ Ἐρασίστρατος ὁ Φαίακος τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδοῦς· quem locum Interpres duplici lumbifragio ornavit, *Critias et Erasistratus Phæacus* (quasi esset nomen gentile) *Erasistrati ex fratre nepos*. Verte, ut debes, *Critias et Erasistratus Phæacis Erasistrati filii ex fratre*



*nepos.* (3.) Quod autem erat ultimum, B. Peloponnes. anno 10mo noster Phæax cum duobus Collegis missus erat ab Atheniensibus legatus in Italiam atque Siciliam ad confirmandos sociorum animos, ceterorumque, si fieri potuit, irritandos adv. Syracusios, quorum potentiam Athenienses imminutam cupiebant maxime. Cui quidem legatione aliqua ex parte satisfacit. Hæc dabit Thucydides V. 4. Si cui hæc parum satisfaciant, unum hoc addam nulla vi infirmandum, quod suppeditabit locus hujus Orationis cum Plutarchi alio in vita Alcibiadis conferendus. Uterque tamen autea a me sanandus. Locus Phæacis (sinito, ut ita tandem auctorem nostrum compellem) exstat Edit. H. Steph. p. 33. init. "Ἰνα — τὴν πόλιν ὅλην ἐπιβόησει [Alcibiades] τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς οὐσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦνα οὐκ ἤθελε, βουλόμενος, τῇ ὑστερίᾳ πρότερος τῆς πόλεως χρῆσασθαι τοῖς χρυσοῖς χειριβίους καὶ θυμιατηρίοις. ὅσοι μὲν 696 οὖν τῶν ξένων μὴ ἐγίνωσκον ἡμέτερα ὄντα, τὴν πομπὴν τὴν κοινὴν ὀρῶντες ὑστέραν οἶσαν τῆς Ἀλκιβιάδων, τοῖς τούτων πομπείοις χρῆσθαι ἐνόμιζον ἡμᾶς. Tentabat Palmerius τῇ πρώτῃ καὶ τῇ ἐπιούσῃ, ut sit prima et secunda dies *Mysteriorum*. Nam, ait ille, ἡ ἐπιούσα est *Dies*, quæ aliam sequitur, unde forte secundus a primo *Mysteriorum* ἡ ἐπιούσα dicebatur, Sic nos *Gallice*, Le lendemain de la feste. Verum fallitur Vir doctissimus. Quod nos *Postridie Festi* diceremus, id Græci hoc modo effecerunt. Plutarch. de fortun. Roman. Ἐφη γὰρ τὴν ὑστέραν ἐρίσαι πρὸς τὴν ἰορτήν, λέγουσαν, ὡς ἐκείνη μὲν ἐστὶ κομπώδης καὶ ἀσχολος, ἐν αὐτῇ δὲ τῶν παρεσκευασμένων ἀπολαύουσι μετ' ἡσυχίας. Miror maxime Palmerium latere potuisse medicinam tam facilem, tam expeditam, qua sola hoc ulcus sanari potuit. Quantillum interest inter *θυσίας* et *οὐσίας*, attamen quantas turbas hic dedit pauxillula ista differentia? Τῇ προτέρᾳ τῆς θύσας, *Pridie Festi*. Similem, imo simillimam labem eluo ex Lycurgo Edit. H. Steph. p. 168. ἀλλ' ἤκη ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγορῶν, νόμων, πολιτείας μεθέξων. Male hodie excusum οὐσιῶν. Verum ut ad causam, quam proxime accedam, locus ille quem memoravi modo et expurgavi, confirmatur scribi a Phæace, et quidem in ejus oratione c. Alcibiadem. Qui confirmabit, is, ut monui, est Plutarchus, verum non nisi ad Codicis emendationis fidem atque auctoritatem prius restitutus. Ille enim in Alcibiade, ubi dixisset Phæacem ἐντευκτικὸν potius fuisse, quam ἀγῶνας φέρειν δυνατὸν, subjungit continuo, Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται, κ. τ. λ. Quis autem istud δέ? Quænam aut qualis ista correctio? Diceretne quædam, "Quanquam Phæax in foro et in concione causas minus frequenter egit, nihil minus in manibus versatur oratio contra hunc et Alcibiadem habitata?" Ridicule. Fac restituas cum Cod. MS. Aldino, Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου ὑπὸ Φαίακος γεγραμμένος. Ibi quid scribitur? Nam in eo eram, nisi vulgatæ lectionis vitium me interpellasset. Ibi μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾷ καὶ ἀργυρᾷ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρήτο πᾶσιν αὐτοῖς ὡς περ ἰδίους πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν διαίταν. Tu, qui legis hæc, memineris disputationem hanc omnem non indiligenter admodum a me esse tractatam, aut, quod multi faciunt, me commentum proculdisse novantiquum; verum constanter, ubi tempus ad eam rem tulerit, meæ famæ periculo cites ORATIONEM PHÆACIS CONTRA ALCIBIADEM.

## CAP. VII.

Disputatur de Fide libelli, qui inscribitur Νῆς τῶν δέκα Ῥητόρων, et Plutarcho vulgo attribuitur. Percurritur Vita Antiphontis, quæ et aliquoties emendatur.

QUICUNQUE antiquos Scriptores sive Græcos sive Latinos evolvit, eisque non indiligentem animam advertit, næ ille facile intelliget, multa hodie circumferri, quæ Antiquitas non novit; et eadem opera mirabitur eorum hominum vesaniam, qui cum ipsi fuerint nullo acumine a facie Romuli discreti, maximorum interea ex omni antiquitate ingeniorum splendidissima nomina ementiantur. Ista fide nobiscum egit, ut pluribus ubique argui, ineptus scriptor Vitarum X Rhetorum, quæ sub Plutarchi, at quali? nomine passim vaneant. Nam si in ipso limine operis sistamus, atque de sola Antiphontis vita, qui Oratorum ætate primus fuit, quæstio habeatur, quot mendacia contexuit deglutienda, quas fabulas mussitandas a pueris et ab iis, qui pueriliter, i. e. levi cum iudicio Plutarchum lectitare soleant? Ne autem a me καταρρήτορευέσθω, aut Sycophantam agere videar, agedum lege mecum, si velit, immo etiamsi nolit, experiatur. Tu autem, præco, fac silentium. Ἀκούετε, λέως Ἀδικεῖ Πλούταρχος, περὶ τῶν ἔκα ῥητόρων ἃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐνόμιζον οὐ νομίζω, ἕτερα δὲ κατὰ καὶ τερατώδη εἰσφέρων, καὶ τῶν νέων τὰς ἀκροάσεις διαφθείρων. Ut igitur distinctius omnia et dilucidius cognoscantur, dispiciendum est primum sedulo et sigillatim de condicione nonnullorum hominum, qui *nominis* solummodo ANTIPHONTIS communione videntur inter se ipsos esse conjuncti: unde convincam, ea, quæ de diversis diserte ab optimis scriptoribus tradantur, ad hæc portentosam vitam conflandam undique convenisse. (1.) ANTI-  
PHO Sophili F. Rhamnusius Oratorum primus. Tyrannidem ille τῶν  
CCCC impensissime adjuvit, adeoque a populo recuperata libertate, dam-  
natus. Thucyd. Photius aliique. Nos in vita Lysiae p. xxxix. seqq.  
697 (2.) ANTIPHO Sophista, Atheniensis quoque, quem memorat Xenoph.  
Memorabil. I. extr. cum Socrate quondam disceptasse. De eo Hephæ-  
stio Grammaticus, teste Athenæo l. 15. commentarium integrum scri-  
psit, περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι Ἀντιφῶντος. Eundem fuisse Antiphontem,  
qui cum Socrate disputavit, atque Τερατοσκόπον, sive Ὀνειροκρίτην a plu-  
rimis laudatum testatur Laertius in Socrate §. 46. Τούτῳ [Socrati] ἐπιλο-  
νεῖκε Ἀντιλόχος Λήμιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος. Suidas etiam et  
τερατοσκόπον νοσεῖ et σοφιστήν, et ab Antiphonte Rhamnusio discernit.  
Eosdem discernit etiam Hermogenes de formis Orat. l. 2. Πλείους μὲν  
γεγόνασιν Ἀντιφῶντες· δύο δὲ οἱ σοφιστεύσαντες — ὧν εἷς μὲν ἐστὶν ὁ Ῥήτωρ  
οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι, καὶ δημογορκοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι ἕτερος  
τῆς ὁ καὶ Τερατοσκόπος καὶ Ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἱ τε περὶ  
τῆς Ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ Ὁμοιοίας, καὶ οἱ δημογορκοὶ καὶ ὁ  
πολιτικός. Ubi male οἱ δημογορκοὶ utrique attribuantur, et male quoque,  
ut videtur, ὁ πολιτικός posteriori. Ita igitur lege in superiori commate  
καὶ δημογορκοὶ καὶ ὁ πολιτικός, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι. sc. quoteunque ad  
Rhetoris officium spectare videntur. Ad hunc Antiphontem omnino per-  
tinet, quod habet Theodoret. Serm. vi. de Dei providentia. Ἀντιφῶν δὲ,  
τινὸς ὕσχεράνατος, καὶ οἰωνὸν χαλεπά τινα σημαίνειν νομίσαντος, ὅτι ἡ ὕς

τὰ οἰκία κατέφαγεν ἔγγονα, Χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι πεινώσα τὰ σὰ οὐ κατέφαγε τέκνα. Eadem refert Clem. Alexandr. Strom. 7. Memoratur inter Onirocriticos a Tertullian. de Anima c. 46. Καὶ τὸ μαντεύειν, οὗ προειστέθεικε προφητεύων Ἀντιφῶν, ὁ τῶν ὄνειρων ὑποκριτής, ταύτης ἐπὶ τοῦ ἔπνου λαχὼν τῆς τιμῆς. Lucian. V. Histor. 2. Coniunge Artemidorum II. 14. Fulgentium, Melampodem περὶ παλμῶν. Laudat Senec. Controv. l. 2. "Otho Junius — edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster *Antiphontis* libros vocabat. Tantum in illis *somniorum* est." Laudat item Cic. II. de Divinat. 70. "Quid? ipsorum Interpretum conjecturæ, nonne magis ingenia declarant eorum, quam vim consensumque naturæ? Cursor ad Olympia proficisci cogitans visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Mane ad Conjectorem. At ille, Vincas, inquit: id enim celeritas significat, et vis equorum. *Post idem ad Antiphontem*. Is autem, Vincare, inquit, necesse est. Annon intelligis Quatuor ante Te ecurrisse?" Alius igitur ab Antiphonte Rhetore, sed et ætate et gente conjunctus Antipho Sophista et Onirocriticus. (3.) Eadem Civitas procul dubio, quanquam id non diserte traditur, quæ duos priores, talit etiam Antiphontem Tragicum. Is a Dionysio Siciliae Tyranno in convivio interrogatus, quodnam res ei optimum esse videretur, Illud, inquit, ἐξ οὗ κατεσκεύασαν Ἀθηναῖοι τὰς Ἀρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας. Quod cum Regi vehementer displicuit, verito sc. ne ea res ad seditionem pertineret, ab eodem est interemptus. Vid. Plutarch. de discrimine Amici et Adulatoris, et in libro de Stoicorum repugnantibus. Tu ergo de his semper distincte, ut debes, neque interea sis nescius plaris fuisse Antiphontas, quos fortasse ille commisit. Sed jam tempus est, ut dispiciamus, quid scripsit. Antipho, ait ille, Sophili F. μαθητεύσας τῷ πατρὶ. Procedente tamen oratione refert Cæcilium, qui commentarium de Antiphonte scripsit, credidisse hominem Thucydidis fuisse discipulum. Eadem fere habet Photius. Οὗτος τῷ οἰκίῳ πατρὶ Σοφίλῳ σοφιστεύοντι μαθητεύσαι λέγεται Κεκύλιος ἢ Θουκυλίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν γεγονέναι φησὶ τὸν ῥήτορα. De utraque schola pauca, quoniam hominem sua ipsius auctoritate vincam. Qui Athenas Atticas norunt, sciunt illi, etiam me non admonente, serius illic disciplinae istius ludos aperiri, quam ut Antiphontis pater profiteri posset. Aiunt plurimi Antiphontem ipsum primum artem profiteri, in quibus est ipse Plutarchus proximo fere commate. Porro autem Sophilus, ut hic scribitur, non solum Antiphontem filium, sed Alcibiadem quoque erudit, ita enim intelligo verba ista, quantum sc. verba parum Græca intelligere possum. Ὡ καὶ Ἀλκιβιάδην φασὶν εἶτι παῖδα ὄντα φοιτῆσαι. Hæc non sat tibi temporibus distincta, Dave. Antiphontem ipsum non nisi senem vidit Alcibiades. Hoc ex monumentis istorum temporum colligitur, tuaque adeo oratione in hoc ipso commentariolo. Modo enim: τοῦτους εἴφοι τις ἐν ἐπιβεβληκότας Ἀντιφῶντι προσβύτη ἤδη ὄντι, οἷον Ἀλκιβιάδην, Κριτίαν, Λυσίαν, Ἀρχίνοον. (I. Ἀρχίνου). De Sophili schola tantum: Non feliciter cessit altera Thucydidis. Nam per ætatem video non cum Antiphontem, sed Antiphontem Thucydidem instituisse potius. Atque id diserte tradunt Suidas, Marcellinus in vita Thucydidis, et Hermogenes. Quod verum esse arbitror. Et fortasse ita scripsit Auctor noster. Plutarchi enim Codd. MSS. nonnulli, inter quos sunt Turnebi et Vulcobii, pro Θουκυλίδου μαθητὴν, Θουκυλίδου ἐξ ὁδὸς καλεῖν reponunt. Sed de his satis. Sequitur, Καὶ ἄναρ μιν λόγων κτησάμενος — ὤρ-



μιση μὲν πολιτεύεσθαι, διατριβὴν δὲ συνέστησε. *Næ Tu fortunæ ludibrium, Antipho! Nimirum hoc est, quod dicitur, de Consule Rhetor. Sed quo pacto se in ea palæstra exercuit, sc. διατριβὴν δὲ συνέστησε καὶ Σοκράτει τῷ*  
 698 *φιλοσόφῳ διεφέρετο, ὡς Ξενοφῶν ἰστόρηκεν ἐν τοῖς ἀπόμνημονείρασιν. Non audio. Alium fuisse docui. Deinde, Καί τινες λόγους τοῖς ἑορμένοις τῶν*  
*πολιτῶν συνέγραψεν εἰς τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνίας. Credo sane, nam id diserte dicitur a Thuecydide l. 8. qui hunc præceptorem suum senem descripsit: sed quid sequitur, πρῶτον ἐπὶ τοῦτο τραπεῖς. Ex iis, quæ sequuntur, liquet, primum fuisse Antiphontem, qui hoc dicendi genus tractavit. Dicitur enim τῶν γούν πρὸ αὐτοῦ γενομένων οὐδένας φέρεται*  
*δικαικὸς λόγος. Ita Clemens Alexandrinus Strom. 1. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς κατὰ διατριβὴν λόγους, καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα εἶρεῖν καὶ μισοῦ συνηγορῆσαι*  
*πρῶτον δικαικὸν λόγον εἰς ἑκδοσὶν γραψάμενον Ἀντιφῶντα φυλῆ Ῥαμουσίον. Dixisset itaque potius πρῶτος ἐπὶ τοῦτο τραπεῖς' uti Photius: Συντάξαι δὲ*  
*αὐτὸν καὶ πρῶτον, φασὶ, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικούς λόγους. Jam sequitur hominis ætas: Γέγονε κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν τὸν σοφιστὴν,*  
*ὀλίγω νεώτερος αὐτοῦ. Quid Photius! Contrarium prorsus. Χρόνος καθ' ὃν ἠκμαζεν, ἐν ᾧ διαπέπρακται τὰ Περσικὰ, ὀλίγω πρότερον Γοργίου τοῦ*  
*σοφιστοῦ γεγονώς. Deinde interemptum fuisse a XXXviris memorat auctoritate Lysiae et Theopompi. Quid Theopompus, nescio: Quid Lysias, tantundem. Excidit enim oratio. Id interea scio: exstare aliam orationem Lysiae, p. 427. 7. ed. R. ubi diserte dicitur, Antiphontem a populo capite plecti post repressam CCCVirorum dominationem. Ergo non ea dixit Lysias, aut de alio Antiphonte omnino dixit. Quod, ne quid dissimulem, video Scriptori nostro in mentem venisse: subjungit enim,*  
*ἀλλ' οὗτός τε ἂν ἡμερώτερος Δυσιδωνίδου πατρός' καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ οὐ*  
*πονηροῦ μνημονεύει; quæ verba, ut aliquem exinde sensum elicere possem, neque inclementius cum scriptoris fama, quam par est, agerem, ita restitui posse existimo: "Οτι δὲ ὑπὸ τῶν λ' ἀπέθανεν, ἰστορεῖ Θεόπομπος --*  
*ἀλλ' οὗτός τε ἂν εἴη ἕτερος, Δυσιδωνίδου πατρός, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς*  
*πονηροῦ μνημονεύει. In proximis non contentus tanta varietate supplicii, Tragicum facit et a Dionysio Tyranno interemptum narrat, vel quod istud æs præstantissimum se habere dixit, unde conficerentur statuæ Harmodii et Aristogitonis, vel quod Regis tragœdias exhibilaret. Tu, qui priora legisti, noris hæc esse errores et portenta magna. Sequitur, Κεκομψῆθαι δὲ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος σὺν Πεισάνδρῳ. Nonnulli pessime hæc interpretantur: *Eum sc. fuisse et a Platone et a Pisandro exagitatum. Expediet Photius. Κωμωδεῖ αὐτὸν Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ. Laudatur ab Athenæo et scholiaste Aristophanis ceterisque bene multis Fabula Platonis Comici, cui nomen dedit Πεισάνδρῳ' in qua et Pisandrum et Antiphontem potuit prosciudere, adeo ut recte se haberet et Photius et Plutarchus, Κωμωδεῖσθαι sc. Antiphontem a Platone vel σὺν Πεισάνδρῳ,*  
*vel ἐν Πεισάνδρῳ. Deinde, Λέγεται δὲ τραγωδίας συνθεῖναι καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν*  
*Διονύσῳ τῷ πυρᾶντι. Iterum miscet non miscenda. Tragœdias scripsit non Rhamnusius, sed Tragicus. Et, licet eodem fero errores erraverit de Antiphonte uterque et Photius et Philostratus, eos tamen Plutarcho, homini acerrimo, condonabo nunquam. Talem commentarium scripsisse Plutarchum notum est, idque testatur Lamprias F. Quæ hodie leguntur, nugivendoli sunt scriptoris, propagantis Photianos errores, eoque suis ineptiis et deliramentis mactantis.**

## CAP. VIII.

Fames, illegitimum pœnæ genus. Vindicatur emendatio *Lysiae*. Quid sit *καταράσασθαι πρὸς Ἑσπέραν*. Hierophanta. Emendatur Pausanias, et Isæus.

INEUNTE oratione contra *Andocidem* p. 190. 2. ed. R. notatur Sacrilegus quidam (nomen ejus in neutra adversariarum Orationum occurrit) *luctuosissimo* mortis genere interiisse, *fame divinitus immissa*. Οὗτος οὖν ὁ ταῦτα ποιήσας, *Θανάτῳ τῷ ἀλγίστῳ ἀπόλετο*, λιμῶ, sunt verba *Lysiae*. Λιμὼν καὶ λοῖμον θεήλατα κακὰ vocat Philo de vita Mosis l. 1. p. 619. Edit Galen. *Lugubrem famem* dixit Plaut. Cistell. I. 1. 47.

“Nam si hæc non nubat; lugubre mihi fame familia pereat.”

Homer. *Odyss.* M. 341.

Ἅπαντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι θελοῖσι βροτοῖσι,

Λιμῶ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πρότμον ἐπισπείν.

*Lucian.* *Asin.* “*Ἐνθα ἐκπεσὼν θανάτῳ οἴκτίστῳ ὀλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος νεκρὸς τεθνήξομαι.* Plin. II. 63. “*Ille [Terra] medicas fundit herbas, et* 699

semper homini parturit. Quin et venena nostri misertam instituisse credi potest: ne in tædio vitæ *fames, mors terræ meritis alienissima*, lenta nos consumeret tæbe.” *Sallust.* *Fragm.* l. 3. “*Quem contra aetatem projectum ad bellum sævissimum, cum exercitu optime merito, quantum est in vobis, fame, miserrimum omnium morte, confecistis.*” His conjunge *Callimach.* *Hymn.* in *Cererem* passim. Addidi *divinitus immissa*, licet id in *Lysia* non diserte dicitur, quoniam mirum est, quanta religione ab hac pœnæ sive acerbitate, sive fœditate potius dixerim, cavet jus humanum. Inde fit, ut cum *Marcianus Jctus* ait *Judices* non tantam sibi usurpaturos esse damnandi licentiam, ut necessariis impensis reum interdican, *Cuiacius* confirmat in *necessariis* istis *impensis* victum intelligi oportere: neminem sc. ut fame pereat, esse condemnandum.

Vid. *Cuiac.* in l. ex ea parte 120. §. in insulam D. de V. O. Idcirco apud antiquos Romanos cum *Vestalis Virgo* ob violatam pudicitiam sub terram defoderetur, lucernam, panem, aquam, lac et oleum una adjecere, ne videretur inedia perire. Nam ab illa, ut dixi, severitate temperabant maxime. V. *Plutarch.* in *Numa* p. 145. Edit. *Bryan.* Sic apud *Sophocl.* *Antigon.* 784.

Ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ἦ βροτῶν στίβος,

Κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,

Φορβῆς τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθείς

Ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγοι πόλις.

σχ. ad loc. “*Ἔθος παλαιῶν, ὥστε τὸν βουλούμενον καθειργνύναι τινὰ ἀφοσιῶσθαι βραχὺ τίξεντα τροφῆς, καὶ ὑπενούον καθαρισὺν τὸ τοιοῦτο, ἵνα μὴ δοκῶσιν λιμῶ ἀναιρεῖν τοῦτο γὰρ ἀσεβές.* Verosimile quidem est, id, quod *Marcianus* ait, ad minores tantum *Judices* et privatam jurisdictionem pertinere: ad *Principem* ipsum aut *P. R.* majestatem trahi non oportere, qui sæpe numero inedia santis plectebant. Ita turbulentam suam vitam confecit *Jugurtha*, ceterique. Eadem oratione exeunte, ad has voces, καὶ ἐπὶ τοῦτου ἱερεῖα καὶ ἱερεῖς στάντες κατηράσαντο πρὸς Ἑσπέραν, p. 252. ult. inportantissimum istud ἱερεῖα memini me meo qualicumque obelo distinxisse, et ἱερεῖαι reperire voluisse. Voluisse dixi, quoniam nescio

quo infortunio aut operarum incuria, adhuc *ιερεΐα* locum non suum, id est in textu, occupat. Si post ea, quæ ad locum dixi de feminis Cereris sacra facientibus, aliquid sit dicendum, habe. 'Ερήμην δ' αὐτοῦ [Alcibiadis] καταγρόντες καὶ τὰ χρήματα δημεύσαντες, ἔτι καταρῶσθαι προσεψηφίσαντο πάντας ἱερεῖς καὶ ἱερείας, ὧν μόνην φασὶ Θεανὼ τὴν Μένωνος Ἄγραυλῆθεν ἀντειπεῖν πρὸς τὸ ψήφισμα, φάσκουσαν ἐχθῶν οὐ καταρῶν ἱερείαν γεγονέναι. Plutarch. in Alcibiade. Ἴστρος δὲ Δήμητρος εἶναι στέμμα φησὶ τὴν μυρρίνην καὶ τὴν σρίλακα· καὶ τὸν ἱεροφάντην καὶ τὰς ἱεροφάντιδας καὶ τὸν ἀδοῦχον καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας μυρρίνης ἔχειν στέφανον. Schol. Sophocl. Œdip. Colon. 674. Adde ex Mazoch. et Grutero,

CASPNIA. P. F.

SACERDOS. CERERIS.

PUBLICA.

POPULI. ROMANI.

SICVLA.

Vides sacerdotem *Siculam*: atque hinc fidem libero quam ibidem nexu obligavi, et illustrari velim *actum* istum *legitimum* *κατηράσαντο* πρὸς ἐσπέραν. Romæ, ait Livius VII. 6. "M. Curtium, silentio facto, *templa* Deorum immortalium, quæ Foro imminent, Capitoliumque *intuentem*, et manus nunc in cœlum, nunc in patentis terræ hiatus ad Deos Manis porrigentem se devovisse." Hic Cereris Sacerdotes ad *occidentem solem* conversi, unde Cereris sacra petebantur (allata sunt enim ex Sicilia ad Atticam), hominem religionibus suis devovebant. "Aditum est ad libros Sibyllinos; in quibus inventum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo Collegio Xvirali Sacerdotes P. R. cum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum et magnificentissimum templum, tamen usque Ennam profecti sunt. Tanta enim erat auctoritas et vetustas illius religionis, ut cum illuc irent, non ad ædem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur." Cic. 4. Verrin. Ita Ovidius IV. Fast. 21.

"Grata domus Cereri: multas ibi possidet urbes,

In quibus est culto fertilis Henna solo."

Ita Pluto, qui dum

"curru atrorum vectus equorum

Ambibat *Siculæ* cautus fundamina terræ,"

Proserpinam *vidit et abripuit*, a Sophocle in Œdip. Tyran. vocatur ἔσπερος Ζεός. Diod. Sic. l. 5. init. Οἱ ταύτην οὖν κατοικοῦντες Σικελιώται παρεδήφασι παρὰ τῶν προγόνων, αἰετὴς φήμης ἐξ αἰῶνος παραδεδομένης τοῖς ἐγγόνουσιν, ἱερὰν ὑπάρχειν τὴν νῆσον Δήμητρος καὶ Κόρης. "Ἐμοὶ δὲ τῶν Ποιητῶν μυθολογοῦσι κατὰ τὸν τοῦ Πλούτωνος καὶ Περσεφόνης γάμον ὑπὸ Διὸς ἀνακάλυπτρα τῇ νύμφῃ ἐδόσθαι ταύτην τὴν νῆσον· τοὺς δὲ κατοικοῦντας αὐτὴν τὸ παλαιὸν Σικανούς αὐτόχθονας εἶναι φασιν οἱ νομιμώτατοι τῶν συγγραφέων, καὶ τὰς τε πραιρημένας θεὰς ἐν ταύτῃ πρώτως φανῆναι, καὶ τὸν τοῦ σίτου καρπὸν ταύτην πρώτην ἀνεῖναι—Καὶ τὰς θεὰς δὲ ταύτας εὐροῦσας [σίτον] ἀκολούθως τοῖς εἰρημένους, ὁρᾶν ἐστὶ μάλιστα τιμωμένης παρὰ τοῖς Σικελιώταις. Ἐπίγραμμα Aristoclis.

Δάματερ πολὺκαρπε, σὺ κῆν Σικελοῖσιν ἐναργής

Καὶ παρ' Ἐρεχθεΐδας· ἐν δὲ τι τοῦτο μέγα



Κρίνετ' ἐν Ἐρμιονεῦσι τὸν ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀφειδῆ  
 Ταῦρον, ὃν οὐκ αἰείρουσ' ἄνδρες οὐδὲ δέκα,  
 Τοῦτον γραῦς στείχουσα μόνη μόνου οὐατος ἔλκει  
 Τὸνδ' ἐπὶ βωμόν· ὁ δ' ὡς ματέρι παῖς ἔπεται.  
 Σὸν τόδε, Δάματερ, σὸν τὸ σθένος, ἔλαος εἶης,  
 Καὶ πάντων θάλλοι κλᾶρος ἐν Ἐρμιόνη.

Sequitur p. 256. 2. Διοκλῆς ὁ Ζακόρου τοῦ ἱεροφάντου, πάππος ἡμέτερος. F. legendum, Διοκλῆς ὁ Ζάκορος τοῦ ἱεροφάντου, *Diocles ædituus, qui Hierophantæ erat ab officiis; non Diocles Zacori Hierophantæ filius.* Ratio suspicionis est, quoniam Hierophantæ apud Atheniensis uxorem ducere non licebat. Hieron. Epist. ad Gerontiam de Monogamia. "Hierophanta apud Athenas eviratur et æterna debilitate fit castus." Origen. c. Cels. l. 7. Καὶ εἷς μὲν πρὸς Ἀθηναίους ἱεροφάντης, οὐδὲ πιστευόμενος ἑαυτοῦ τὰς ἀρσενικὰς ἡμέρας, ὡς Κήριος αὐτῶν εἶναι δυνάμενος, καὶ κρατεῖν αὐτῶν εἰς ὅσον βούλεται, κωνειασθεὶς τὰ ἀρσενικὰ μέρη, καθαρὸς εἶναι νομίζεται πρὸς τὴν νενομισμένην πρὸς Ἀθηναίους ἀγστειάν. Pausan. in Corinth. c. 14. Τῆς δὲ πόλεως [Philunte] αἱ Κελεαὶ πέντε πρὸς σταδίου μάλιστα ἀπέχουσι, καὶ τῇ Δήμητρὶ ἐνταῦθα δι' ἑνιαυτοῦ τετάρτου τὴν τελετὴν καὶ οὐ κατὰ ἔτος ἄγουσι. ἱεροφάντης δὲ οὐκ ἐς τὸν βίον πάντα ἀποδίδουται κατὰ δὲ ἐκάστην τελετὴν ἄλλοτὲ ἐστὶν ἄλλος σφίσιν ἀρετὸς, λαμβάνων, ἦν ἔθελγ, καὶ γυναικα, καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν ἐν Ἐλευσίνι ὀνομάζουσι (l. νομίζουσι). Verum enim vero salva esse potest et debet Lysiacæ vulgata lectio, quoniam ex monumentis hujus populi alimunde adparet, Hierophantam ante susceptum Pontificatum et uxorem ducere et liberos suscipere potuisse. Unde ait idem Hieron. c. Jovinian. l. 1. fin. "Hierophantas Atheniensium usque hodie Cicuta sorbitione castrari, et, postquam in Pontificatum fuerint electi, viros esse desinere." Isaacus de Apollodori hereditate: Δέξετο τὴν οὐσίαν, καὶ ἔδωκε τῇ ἐκείνου μὲν θυγατρὶ, ἐμοὶ (l. ἐμοῦ) δὲ μητρὶ, αὐτοῦ δὲ ἀδελφῇ, ἑτέροις αὐτὴν Λακρᾶτιδῶ τῇ γυν' ἱεροφάντη γεγεννημένῃ. Atque hæc hæc hactenus.

## CAP. IX.

Indicantur duo fontes mendarum, quibus scætet Glossarium Hesychianum. Emendatur octoginta circiter in locis. Tentatur Homerus.

MEMINI me ad orationem istam, quæ inscribitur περὶ τῆς Ἐδάνδρον ἑοκίμασίας, p. 800. ult. ed. R. admonuisse Hesychium pluries emendari posse unico medicinae genere. Non te latet, mi lector, initialis, ut vocant, dictionum literas in unoquoque istius Glossographi articulo *vel* a describente nunquam relinqui minio olim pingendas, quod minium casu aliquo pingi negligebatur, *vel* ita tenuiter exarari, ut aliquando literarum ductus *vel* Lynceos oculos effugeret. Constat certe ita evanuisse, cum descriptor Ἴερας, loco τοῦ τέρρας, σημεῖον exposuit, et locum tam magnifice, tam pulchre coetæ glossæ dedit inter voces, quæ ab I incipiebant. Dubitare me non sinit doctissimi et (sive privata officia recolam, sive publica in Rem literariam merita) nunquam a me satis prædicandi I. Alberti Harlemensis spectatissima solertia, quin Hesychius jam ab eo prelo committendus et istiusmodi curationem et mea monita minime

expectet. Condonabit tamen Vir æquissimus, et patienter a me dici audiet, quæ ille propediem tanto dicturus est melius. Mos semper fuit, ut nos novi homines in hac Republica lacero illo glossatore qu. προσόδω uteremur ad honores et dignitatem. Ibi est, quod unusquisque nostrum ἀγχίνουαν suam in insuetum iter libret, et in ea palæstra se exerceat,

“ Dum conderet urbem,

Inferretque Deos Latio.”

Cum ergo Hesy chius aliquid a me dici expectet, age experiamur, nunquid proferre possim, quod aliorum fugiat industriam. Et potissimum in duplici isto mendarum fonte versabitur commentatio nostra, quem nuper indicavi, sc. ubi Vox alienam sedem occupaverit, aut quod exciderit 701 litera initialis, aut quod imaginem suam et vestigia dissimulaverit. Neque ceteros fontis, ubi usus venerit, negligemus. In Δ. ἐύρεσθαι exponitur ὀδύρεσθαι (ut, non exponi, sed legi oportuerat) κλαίειν, θρηνεῖν. In eadem litera ἐνάζει φλναρεῖ est mēda ipsa. Primo enim Δ et Λ literarum similitudo librarium decepit, et Δνάζει pro Λνάζει scripsit. Videamus ergo, quid Λνάζει. Λνάζει, φλναρεῖ, μορολογεῖ, στασιάζει. Nondum recte. Legendum enim φλνάζει. Verum neque ea vox rectius fere vel in sua sede exaratur. Ibi enim legere oportet φλάζει, (non φλονάζει, ut editur) φλναρεῖ, ληρεῖ. Similiter in Λ. Λάζων. Ille interpretatur, Tu autem rescribas ἀλάζων. In Π. πίτνας ἐκτείνων τίμα φασί, multa sunt mēda. Primo enim evasit litera E, qua retracta ex fuga, lege porro non Ἐπίτνας, verum Ἐπιτείνας, quod recte ille exponit ἐκτείνων, ut debuit: Deinde, quod sequitur, sc. τίμα φασί, repetuntur ex articulo superiori desinente τὰς τιμωρίας πτίμα φασίν. Pergit glossographus et mendosæ glossæ Πιτνάς subjungit alteram Πιτνεῖ, πίπτει, ἐκτείνει. Falsa hæc. Πιτνεῖ quidem est Cadere, verum ἐκτείνει, quæ est altera expositio, poscit ἐπιτείνει. Quod Tu in posterum non dubitabis legere. Eodem pacto Ληχόιον καροῦν οὐ λοχόιον restitues οὐληχόιον καροῦν οὐλοχόιον, et tibi conferenti fidem faciet glossa Οὐλοχόιον. In Μώλιξ articulo non major sanitas. Substituas enim pro Μώλιξ, Φλόξ, φλυκτίς, Σμώλιξ, Φλίψ, φλυκτίς. Confer Σμώλιξ et Φλίψ. In I legimus Ἰγυμυτο, ἡμοίγοντο. Hoc erat ὀγγυμυτο, ἡμοίγοντο. Ibidem ἱερὸν, ἐννερον, ἀγαθόν, μέγα, ὄσιον καὶ ναός. Sit sane μέγα, sit ὄσιον et ναός. At interea ἐννερον est διερόν. Διερόν ἡρόν χλωρόν ζών ἔλαιμον, etc, †, Διερός λαμπρός ζών περιφανής. †. Διερός, ἐύρονος. In litera O excidisse arbitror non literam, sed syllabam. Θαζόμενος, σκώπτων. Legerem enim ex Hesy chio in Τοθάζω, Τοθαζόμενος. Hæc vox iterum corrumpitur. Nam pro Τοπαάζει, ἐμπαίξει, χλευάζει, legerem Τοθαάζει. In P. legimus Πίσσαντες, φλονακίπαντες. Lego ἐπίσαντες. In eadem litera ραίδηλες ἐμφανές. Ubi credo non extritam esse literam ducem, sed transpositam, et legi recte ἀρίδηλες. Ibidem legitur ῥήγων βοηθών. Quod nihil aliud est, quam ἀρήγων. In T. τήτυμα, ἀληθῆ. Lege ἐτήτυμα. In horum nonnullis serius didici meam Crisin esse præreptam. Non ignoro aliquando literam principem deficere ex populi alicujus aut gentis consuetudine. Ita Ἰγα, σιώπα Κύπριοι. Ergo non temere Librarii socordiae imputabis, quod populi alicujus consilio vel saltem usu est introductum. Hesy chius enim, qui gentium sermones memorat centum fere et triginta, aliquando, immo sæpissime, auctoritatem suam reticet, dissimulato nomine istius populi, qui dialectum formavit aut celebravit. Βέλλαλι

apud eum est ἀμέλγειν. At cujatum? Atticorum nempe, ut aliunde discimus, sc. ex σχ. Theocr. ad Idyll. II. 56.

Ἐμφῶς, ὡς λιμῶτις ἄπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας,

Ubi dicitur: Εἴρηται δὲ βδέλλα παρὰ τὸ βδάλλειν, ὃ ἐστὶν ἐξαμέλγειν τὸ αἷμα. τὸ γὰρ ἀμέλγειν Ἀττικοὶ βδάλλειν λέγουσι. Quæ verba scholiastæ leguntur fere, verum sine nomine gentis, apud Hesych. in Ἐβδηλλάμην. Eodem modo vox Θρόνα vel Τρόνα apud alias gentis et scriptores alias et maxime diversas nacta est significationes, ut discimus ex eod. σχ. ad II. 59. Θρόνα, Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα· Κύπριοι δὲ τὰ ἄνθηνα ἱμάτια· Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα, ὡς φησι Κλείταρχος· Ὁμηρος δὲ τὰ ῥόδα. Ex his nonnullas habet Hesychius (habebit saltem propediem, sc. ubi emendavero), non tamen nobiscum ea fide egit atque scholiastes. Prodidit enim, quid dicantur, non quis dixit. Ecce in Θρόνον. Θρόνον τετράπουν καὶ τὸν ἱερὸν δίφρον, καὶ ἐκπεποικιλμένον. Scripsit procul dubio τετράπουν ἐκπεποικιλμένον, lacertam sc. aut animal simile, quod Thessali vocant Θρόνον. (Dum in his regionibus subsistam proximam vocem et emendari ejusque interpretationem vindicari velim. Θρονίτης, πρῶτιστος. Fab. Χρῶτιστος. Temerarius ille homo vix, credo, se ipsum intellexit. Tu retineas πρῶτιστος, et emendes Θρονίτης. Hesych. in θαλάμιος. Θαλάμιος λέγεται ὁ ἔσχατος· ὁ δὲ μέσος ζύγιος, ὁ δὲ ἀνώτατος θρανίτης.) In Τρόνα dedit Cyprium usum. Τρόνα ἢ Θρόνα ἀγάλματα, ἢ ῥάμματα ἄνθηνα. Fortasse scripsit βάμματα, vel, quod potius suspicor juxta scholiasten modo laudatum, ἱμάτια, ἄνθηνα. More hoc Hesychii observato, cum et Εἶδαρ et Ἴδαρ exponat βρῶμα, non utique extemplo adfirmabis extritam esse alicujus incuria literam E in Ἴδαρ, ne, quod communiter Εἶδαρ dicitur, id Cyprius, vel Ætolus, vel Syracusius, mallet pronunciarē Ἴδαρ. Idem pene est, ut moneam de Εἶαμεναι et Ἴαμεναι, Εἶαρ et Ἴαρ, Εἶθαρ et Ἴθαρ, Εἶλαρ et Ἴλαρ, Εἶρωνεία et Ἴρωνεία. Exponit ille Εἶκων, ὑποχωρῶν et Ἴκοντες, ὑπακούοντες, παραχωροῦντες. Εἶλαπίνη, θυσία, ἑορτή, et Ἴλαπίνας, θυσίας, ἑορτάς. Εἶλεός dicitur ἢ τοῦ θηρίου κατὰδυνσις, ἢ λεός θηρίου φωλεός: Similiter Εἶλιγγιᾶν, σκοτοῦσθαι, συστρέφεσθαι, et Ἴλιγγιᾶν, συστροφοῦσθαι, σκοτοῦσθαι. Ita, Ἐρήνη. κόρος· τέλος. (Tu fac emen- 702 des εἶρήν. κόρος, τέλειος) et Ἴρινες (potius Ἴρήνες. Vid. Kust. ad Suid. v. Μελείρην, et Lexic. Herodot.) μελέφηβοι. Nolis itaque emendaturienti similis, αἶμονα ἐπιστήμονα, ἐμπειρον, protinus existimare reponendum esse δαίμονα, qu. δαήμονα. quod ille pariter fere interpretatur: verum in Homero subsistere II. E. 49.

Υἱὸν δὲ Στροφίῳ Σκαμάνδριον, αἶμονα θήρης.

Sæpissime innuere videtur, utroque modo et dici et scribi. Ita Ἴρεται, ἢ εἴρεται, συνάπτεται. Ἰπύα, σιπύα. Quasi dixisset cellam panariam, vel ἀροτθήκην, ab aliis Σιπύαν dici, ab aliis Ἰπύαν. Δέκрана ἢ ὠλέκрана τοῦς ἀγκῶνας: unde non dubitabis corrigere ὠλέκρανον ὃ Ἀγων sic, ὠλέκρανον ὃ Ἀγκῶν. Auf, si dubites, consulas glossam Ἀγοστούς. ὠλέκρανα. οἱ δὲ ἄκρα χειρῶν, ἢ πήχεις, ἢ ἀγκῶνες.

Eandem porro adhibebis dubitationem in emendandis iis glossis, in quibus literæ principalis figura propter similitudinem exarandi librarium fefellisse potuit. Nam et hæc est altera pars disputationis meæ. Non ergo protinus, si quid a B incipiat, quod Ego vel Tu per Φ describere-mus, id in Φ corrigendo corrumpes: quoniam si ore Macedonico usus



esses, intactum utique relinqueres. Plutarch. enim Quæst. Græc. 9. Τῷ Β ἀντὶ τοῦ Φ χρῶνται Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες. Nescire non possis hæc nos dicere et nominare Φίλιππον et Φαλακρὸν et Φερονίκην. Verum id non patiuntur Macedones. Eodem teste B pro Π Delphici oris est et loquelæ. Adspirationem variæ gentes varie exprimunt. Lacones per Β. Ita Hesychius Βάγος, κλάσμα ἄρτου, μάζης, καὶ βασιλεὺς καὶ στρατιώτης (corrige στρατηγός). Λάκωνες. Eam vocem antiquissimi Attici exarassent ΗΑΓΟΣ, Æoles ΦΑΓΟΣ: nos communiter non adspiramus, verum scribimus ΑΓΟΣ. ut Hesych. Ἄγος, ἡγεμῶν, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τὰ πλῆθη, et alibi Ἄγος, κλαῦσμα, τραῦμα (lege ex cod. Hesych. in v. Βάγος, κλάσμα ἄρτου), ἀρχηγός. Ejusdem commatis sunt Βεΐκατι εἴκοσι. Λάκωνες. Βεικηλά, νωχελῆ (scribe ἀνωφελῆ), ἀχρεΐα. Λάκωνες. Unde non dubitabis et has voces ad Laconismum referre, quanquam id non admonuit Auctor. Βεΐρακες, ἰέρακες. Βεΐκας, μακρόθεν. Βέκας, μακράν. Βέκως, μακρόθεν. et sexcentas alias. Eodem adspirandi more delectantur Cretes, qui Laconice loquebantur. Βαλικιώτης, συνίφηβος. Κρητης. Tu ergo cave, neque tibi hæc esse prædicta non dixeris. In iis autem, quæ sequuntur, securo ut sis animo, jubeo. Ibi enim experiundo scies et facillimum describentis errorem, et certissimam emendantis fidem. Γ simplex Gamma Græcorum ea est infelicitate figuræ, ut ad plurimas literas similitudine accedat, atque capropter foedissimas turbas excire soleat. Si in latus inclines, lineæ duæ, quibus describitur, in angulum fastigiatae representabunt literam Δ. Deinde Δ et Δ et Δ unius lineolæ discrimine a se invicem determinantur. Porro Γ, si tenuior foret transversæ suæ lineæ ductus, in I recidet, et vicissim simili fere vitio ex T enascetur. Aliquando insinuabit se in locum congeneris sui, si formam et familiarum respicias, Digammatis Æolicæ F. Est ubi scribitur loco notæ episemæ, quæ potestatem ejusdem digammatis exprimit. Exempla nonnulla proferemus, quæ ceteros fortasse hactenus fugere. Notæ T in Γ solitam et levem esse mutationem joculari errore suo testatur Theod. Gaza Gram. l. 3. exeunte, p. 99. b. Εὐλογώτεροι μέντοι ἐπὶ τοῦ ὀρύττω καὶ τῶν ὁμοίων τὸ γράφειν ὀρύττω, καθάπερ κἀν τοῖς παλαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων ὀρώμεν. Tanta erat auctoritate, tanta contagionis diritate una et levissima in Exemplaribus litura, ut pene artem ipsam contaminaret, et jam scholis jura esset datura. Ammonius ad voces ἦν δὲ — ὦρα ὡσεὶ ἔκτην. Ioan. XIX. 14. Ὁ δὲ καλλιγράφος ἀντὶ τοῦ Γάμμα στοιχείου, ὕπερ σημαίνει τὸ τρίτην, ἔγραψε τὸ ἐπίσημον, ὃ καλοῦσιν οἱ Ἀλεξανδρεῖς γαβιζέ, ὃ δηλοῖ τὴν ἔκτην, πολλὴν ἔχοντα πρὸς ἑαυτὰ τὴν ὁμοιότητα, καὶ διὰ τοῦ γραφικοῦ σφάλματος γέγονεν ἡ διαφωνία. Ἀντὶ γὰρ τρίτης ὥρας, ἔκτην ἔγραψε. Observarunt plurimi, quorum in numero sunt præstantissimus Galeus noster in crudito suo commentario ad Demetrii Phalereusis librum De Elocutione (quem hominem ob morum suavitatem atque eruditionis elegantiam nemini fere in disciplina nostra secundum pono), et nuper summi ingenii et doctrinæ vir I. Albertus (qui literarum bono natus corruptissimum hunc Auctorem integre expoliendum emaculandumque in se suscepit), innumeras fere glossas sub litera Γ latere, quæ duplici F Æolensium exarari debent. Quo pacto Γιστία, Γισχὺν, Γοῖνος, Γέντερ, Γέαρ, et sexcentæ aliæ emendandæ sunt Fιστία, Fισχὺν, Fοῖνος, Fέντερ, Fέαρ. Exponuntur enim ἰσχάτη (i. ἰσχάρα) i. e. Vesta, ἰσχὺν, Vim, οἶνος Vinum, κοιλία, i. e. Venter, ἔαρ Ver. Salmasium quidem virum maximum

ἐν commentariis ad Herodis et Regillæ uxoris inscriptiones latuit medela tam facilis et expedita. Neque enim illi assentior adfirmanti quasdam gentis posse duplex gamma (vel adspirationis notam) ut simplex gamma vel exarare vel ex ore proferre. Accidit hoc proculdubio ex corruptela Codicis Hesychiani. In ceteris Lexicographis istius consuetudinis nullum vestigium, Photio puta, et Suida, etc. Nemo superest præter Phavorinum, qui corruptissimum auctorem Hesychium descripsit, et proinde Hesychianæ auctoritati nihil quidquam ponderis adicere vel potest vel debet. Verum non ubique velim, ut tali medicina mactetur Hesychius. Descripsit ille nimirum Homericas dictiones ad unam fere omnis, ea autem incuria, ut aliquando particulas, quibus scatet πολυώνυμος ille scriptor, inconsultissime sequenti vocabulo agglutinaret. Inde si scripsisset Homerus γ' οἶδα, proclive fuit Lexicographo nostro Γοῖδα exinde procudere (quod tamen nescio, quo errore, error enim errorem gignit, per οὐκ οἶδα interpretatur) si γ' ἔτος, Γέτος. Inde fit, quod tot voces in Δ, in Θ, in Τ et Ρ reperiantur, quæ Homericis δ', θ', τ' et ρ' originem debent. Δαιάζω, ἀναβοῶ, στενάζω exponitur, eodem modo quo Διάζω. Neque eodem modo exponuntur Αιάζω et Δαιάζω solum, verum et Ἀδαίζω quoque. Ejusdem commatis est ἀδεάζων, ἀναβοῶν, ἀναστενῶν. Hinc quoque exponitur διψαί, βλάψαι. Natum est vocabulum ex locis Homeri nonnullis male lectis. Ubique enim occurrit Ἴψαι, semper particulam δ' a tergo sequitur, ut II. A. 454. et II. 237.

Τιμήσας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν.

et B. 193.

Νῦν μὲν πειρᾶσθαι, τάχα δ' ἴψεται ὕλας Ἀχαιῶν.

Ex simili fortasse fonte θολκάζει χαλιναγωγῆ. sc. θ' ὀλκάζει. Nam in ο' Ὀλκάζει, ἔλκει, χαλιναγωγῆ. Inde portentum lectionis θαστρένεσθαι, ἀναβάλλεσθαι: quod Tu, amice lector, ex Homer. Iliad. O. 512. procurabis,

Ἡ δὲ θαστρένεσθαι ἐν αἰνῇ δῆιοσῆτι.

Adde, si lubet, aut minus probasse vidcar, Hesychium in Ἡ δῆθα στρέυεσθαι et in Στρεύγομαι. Arrepta hac occasione emendare non te pigebit corruptissimam glossam Στρανγγεύει, διαβάλλει, οὐκ εὐθὺς πορεύεται. Potius omnino Στραγγεύει, ἀναβάλλει, οὐκ εὐθὺς πορεύεται. Similis fere error aliquibus vocalis articulos suos adjuuxit, ut ἡ δόκωσις ἡστέγη: quemadmodum et recte in Δ interpretatur δόκωσις. Ita in Hesychio legimus in O. Ὀδειμάλεος, Ὀδοίπορος, i. e. Δειμάλεος et Δίοπος. Ita Ὀδέγημην προσεδόκω ne corrigas cum Guieto Ἐδέγημην, sed cum viro docto δέγημην, id quod expectavi. Notabilis est error glossæ ὀδαῖος ὀλίγος — πράσιμος, ὠνήτης. Recte fortasse πράσιμος et ὠνήτης, ut supra in Ὀδαῖον et Ὀδαῖων. Ὀδαῖων, ὠνίων. ὀδέσαι γὰρ τὸ ὠνήσασθαι. At quomodo aut qua machina est ὀλίγος? Nemp pro ὀδαῖος substituas Ὀ Βαῖος, et consulas Βαῖον in suo loco. Infra legimus Ὀπροστρόπαιος ὁ ἀποστρέφων. Tu fac divides Ὀ Προστρόπαιος. Deinde Τηαλέσθην, τὴν ἄμαξαν. Lege τὴν ἀλέσθην. Supra enim Τῆ ἀλέσθη, τῆ ἄμαξην. Ut ad Æolismum revertar, et monstra, quæ peperit; digamma istud quamvis in suum simplex frequentissime, aliquando tamen in Τ, quod etiam proclive fuit, degeneravit. Nam Τέπτα, ἐπτά exponitur, i. e. Φεπτά. et, quod est lucidissimum, Τενεκοῦντι, ἐνοικοῦντι. Αἰολεῖς. Adducor equidem, ut credam in dictionibus Æolicis, quales multe apud Homerum et antiquos leguntur, ibi semper fere in concursu vocalium ad hiatum declinandum eorum digam-

ma se inseruisse, maxime cum id Romanis solenne fuerit, qui ab Æolensibus linguam suam mutuo sumpsere. Inde quod hi Δαφος, Ταφων, Οφις, Βοφος exarabant, illi literis suis dixerunt *Davus, Pavo, Ovis, Bovis*. Priscianus certe se scriptum reperisse testatur in vetustissimo Apollinis tripode, qui erat in Xerolopho CPoleos, Δημοφάφων Λαφοκόφων. Recte sane, atque idcirco Hesychius in ν. προτιάπτω, προπέμπω, ad Homerum locum respiciens, qui initio Iliados legitur

Πολλὰς δ' ἰφθίμονος ψυχὰς αἰδὶ προΐαψεν  
'Ἡρώων,

si emendetur προφιάπτω, προπέμπω (quidni autem ita emendetur?) fidem faciet antiquissimos Homeri codices ita fuisse exaratos, qua itidem ἀκριβεία, suam editionem, quam non minori ingenii felicitate molitur quotidie, quam nos omnes vehementia expectationis efflagitamus, describi curabit bonarum omnium artium stator et vindex, clarissimus Bentleius. Ut redeam, hoc quasi

“ regens vestigia filo,”

vexatissima ista ῥήγεα vel ἡνία, εἶματα, δέσματα, σιγαλόεντα, quæ passim apud Homerum leguntur, ut Iliad. E. 226.

Ἄλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα  
δέξαι.

Iliad. X. 154.

Καλοὶ, λαίνοιο, ὄθι εἶματα σιγαλόεντα  
Πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι.

Ibid. 468.

Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα.

704 emendari jubeo semper σιγαλόεντα. Qui a σίγη deducunt vel potius cogunt, operam ludunt. Σιαλώσαι apud Hesychium est ποικίλαι. Recte igitur Σιγαλόεν (corrupte Γ pro F) exponitur ab eodem, ποικίλον τῇ γραφῇ, λαμπρὸν etc. † Σιγαλόεντα, λαμπρά, ποικίλα, καὶ τὰ ὅμοια. Porro quo pacto miscentur Γ, F et T, ita nonnunquam propter cognationem Λ et Δ. Ita Αἰταὶ θυγατέρες Διὸς αἰ τοῖς δεομένοις βοηθοῦσαι, rescribe cum H. Stephano Λιταί. Ita enim Homerus Il. I. 498.

Καὶ γάρ τε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μέγαλοιο.

Et similiter in media voce Ἰαλάσι δεσμοῖς. Lege Ἰλλάσι. Quæ est iterum vox Homericæ, Iliad. N. 571.

Τὸν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες  
Ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίη δῆσαντες ἄγουσιν.

Vicissim Λῆται, ἄνεμοι. Rescribe Ἀῆται. Iterum emendat vocem eandem, et in Α pro ἄνται, ἄνεμοι, rescribo optimo jure Ἀῆται ἄνεμοι. Et hæc fortasse est labes glossæ istius βαιμάζειν, βασιλεύειν ἢ βαστάζειν. Ibi repono primum Βλιμάζειν. deinde confirmo, Βλιμάζειν primo et proprie est mulgere, quasi θλιβομάζειν. Id Etymon debeo erudito Scholiastæ Aristoph. Av. 530. Ita Hesychius Βλιμάζειν τὸ τηθολαβεῖν οἰονεὶ θλίβειν ἢ βαστάζει. f. θλιβομαστάζειν cum scholiaste. Deinde, ubi omnia manu regebantur, quoniam principum erat et potentiorum plebis crumenas mulgere, exponit Hesych. in secundo loco βασιλεύειν, Didymus κακοῦν, ἀποτίλλειν, κατεσθίειν. Significat denique tertio loco ventrem avium contrectando de earum bonitate experiri: Ita Aristoph. Av. 526.



Πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτῆς  
 ἴστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους,  
 Ἔρη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς·  
 εἶτα λαβόντες πωλοῦσ' ἀθρόους,  
 οἱ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες.

Nihil tamen horum omnium ad βαστάζειν pertinet. Quid ergo? Nempe ut in prima voce litera literam similem similaverit, ita in hac altera alteram excluserit. Lego enim Βλαστάζειν. Hesych. Βλαστάζειν, βλιμάζειν οἱ αὐτοὶ i. e. Siculi. Sed nondum ex his me expedivi. Sequetur enim articulum βλιμάζει, βαστάζει, ἀτιμάζει, legendum esse βλιμάζει, βλαστάζει, ἀτιμάζει, atque etiam βάλειν, ἕβρις, βλίμην, ἕβρις. Ita enim βλίμην, προπηλακισμός, ἕβρις. Atque hæc quidem hæcenus. Deinde eodem jure pro Βαίταν. Βαιτάς. Βαιτάδα. Βαιτώνα, quibus nominibus οἱ παλαιοὶ secundum Suidam, vel Ἕλληνες sec. Hesych. significabant homines nequam et nullius precii, rescribe Βλίταν. Βλιτάς. Βλιτάδα. et Βλιτώνα. Confunduntur Α. Δ. et Α. δάσος, σύνδενδρος τόπος. I. Ἄλσος. Si desit, quod addam auctoritatis aut fidei causa, notabis iisdem verbis explicari Ἄλσος suo in loco. Ἄλσος, σύνδενδρος τόπος. Vox hæc similiter corrumpitur infra in Δρυμός. Δρυμός, δάσος, σύμφυτος τόπος — σύνδενδρος. Lege Ἄλσος et me habebis fidejussorum. Similis error est in Λαγεινὰ, δεινὰ. Corrige Ἄλγεινὰ. Nihil verius. Jam eodem filo usus luce et Hellenismo donabis barbaram istam glossam ad caput literæ Δ. Δαγμυὸς, οἰκτρὸς, πένης, ἔλεινός. Tu enim, sat scie, leges Ἄλγεινός, et eod. modo infra Δαεινὸν, κλαύσιμον. Puto Αἰλινὸν, κλαύσιμον. Permiscentur T. et X. Τήτει, σπάνει. Lege Χήτει. Nam sequentibus suo in loco, Χήτει, στερήσει, ἐνδεία, σπάνει. Ita etiam lubenter legerem Χῆτος, ἀπορία. Non, Χή, ἔξος, ἀπορία. Pauca adjiciam ex glossis inter se turbatis. Κονιπόδες, ὑποδήματα μοιχικά. † Κονιορτοπόδες, ἀγροῖκοι, ἐργάται. Lego Κονιπόδες, κονιορτοπόδες, ἀγροῖκοι, ἐργάται. Vid. Plutarch. Quæst. Græc. I. Voces ὑποδήματα μοιχικά locum hic habere nequeunt. f. spectant ad glossam Κονίσαιοι, ἀφροδίσια. Ut plene sit Κονίσαιοι, ὑποδήματα μοιχικά, ἀφροδίσια. Legimus in Η. Ἡγυῆτο ὁ λαμβάνων ἦγετο † Ἡγε, αὐτη, ἦτις. video hic tris glossas. † Ἡγυῆτο (sic enim legas) ὁ λαμβάνων. Η. e. qui mutuo sumebat (λαμβάνειν enim, ut docuimus p. 338. edit. nostræ est quodammodo vox usuraria) fidem dedit, sponsionem præstitit. Eo ritu sæpissime in Lexicis voces exponi solent, id quod duplicem operam præstat: ostendit enim, quid sit Ἡγυῆν et quid Ἡγυῆσθαι. Pergo autem ad proximam glossam a me fabricandam. Quæ est hujusmodi † Ἡγετο, ἦγε. Deinde † Ἡγε, αὐτη, ἦτις. Jam in iis, quæ leguntur in Δ. sc. Δαίω μάθω, † Δαίων, καίων † Δαίω καὶ ἐξάπτω † Δάη ἐλύπησε. Forfasse hoc pacto Δαίων καίων † Δαίω μάθω καὶ ἐξάπτω. Certe † Δάκε ἐλύπησε. Modo enim Δάκνει, λυπεῖ. In Ω. cave putes hæc esse interpretamenta, † Ὀκίτευεν, ὤκει † Ὀκοδόμουν (rescribe Ὀκοδόμουν), ὠνοχόουν, verum quatuor voces, quæ interpretatione destituantur, hoc pacto digeres:

Ὀκίτευον

Ὀκει

Ὀκοδόμουν

Ὀνοχόουν.

Ohe! jam satis.

## CAP. X.

705 Jus Atticum commendatur. Promittitur Commentarius de republica Atheniensi. Nonnulla observantur ad eam rem spectantia. Emendantur Harpocratio et Hesychius.

Si Scriptor, quem hodie non minori fere ex obscuritate vindicamus, quam Manutius, qui typis evulgavit primus, ex eorum numero esset, qui ob sermonis elegantiam et colorem quandam orationis, sterilem et infructuosam delectationem solummodo impertiant; næ ego is non fuissem, qui tantos labores in expoliendo insumerem: Nullius fuisset tanta in me auctoritas, ut Scriptorem evolverem, excuterem, evulgarem, qui neque civilem vitam emendare, neque domesticam ornare potuisset. Tantum neque ocio, quod mihi minimum est, neque mea in literis auctoritate, quæ fortasse minor est, fuissem abusus. Habet enim quodammodo disciplina nostra auctoritatis imaginem: est quædam in recognoscendis expolendisque auctoribus commendatio eorum, quos expolimus: atque artem profitemur, maxima licet cum severitate, nonnulla tamen, hac certe, cum dignitate conjunctam. Si quid igitur hæc nostra edendi ratio in se habeat consilii, studiosus semper fui, ut istud qualecunque consilii aliquam etiam contineret utilitatem. Omnium gentium, quæ moribus et legibus vivere, ea semper prudentissima habebatur, in cujus disciplina et natus et educatus est Scriptor noster. Quod si Lysiam, Demosthenem, ceterosque Fori scriptores Fortuna nobis non conservasset, qui sæpenumero solennis legum formulas atque ipsa verba legitima produxerunt, producta illustrarunt, celeberrimam istam disciplinam, atque Atticæ sapientiæ imaginem in Jurisprudencia solummodo Romana adumbratam vidissemus. Verum precariam istam P. A. gloriam abunde recreavit suorum Oratorum fortuna, quæ aliquatenus oblivionem superavit. Laudabilis fuit S. Petiti industria, qui istius Jurisprudenciæ naufragia singulari et erudito commentario complexus est. Multum ad hoc argumentum illustrandum passim contulit vir incredibilis eruditionis ὁ μέγας Salmasius, qui neque fama, neque meritis Petiti deterritus novam et integram commentationem de LL. Atticis in animo meditabatur. Meditabatur quoque vir doctissimus H. Valesius, aliique, quorum qui merita non ignorant, interventa consilia tantæque et tam solidæ eruditionis jacturam mecum quotidie dolent. Fuere autem I. Phil. Maussacus, eruditus commentator Harpocratiæ. Vid. ad v. Ποδοστράβη, et Ηερίπολος. Lambecius, ut ex ejus Prodomo liquet. Josephus Scaliger, cujus Collectio Legg. Atticarum inedita servabatur in Bibl. Academiæ Lugduno-Batavæ. Vid. Salmas. I. Epist. 120. Ea usus est Petitus, G. Critonius Professor Reg. Paris. cujus Præfatio in Draconis et Solonis leges est in Cod. MS. CDXLIX Biblioth. Cæsareæ. Ex antiquis scripsit Demetrius Phalereus περὶ τῆς ἐν Ἀθήνῃσι νομοθεσίας. V. Diog. Laert. Harpocr. in Ἐρκείῳ Ζεῦς et Παράστασις. Laudatur istius operis liber 3. a Suid. et Harpocr. in Σκαφηφόροι. In Solonis Ἀξίονας scripsere utique Aristoteles, Seleucus, Didymus. Citatur Apollodorus ἐν βῆ περὶ νομοθετῶν à Laertio in Solone. Περὶ νομοθετῶν scripsit Theophrastus, ut li-

quet ex eod. Laertio, et Harpocr. in *Φαρμακός*. Ejusdem de *Legibus* liber citatur ab Harpocrat. et in *Digestis*. Callimachum *ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων* laudat Athenæus l. 13. p. 585. Heraclidem Ponticum *περὶ νόμων* Laertius. De *Legibus* scripsit Pittacus, ut constat ex Suid. De Atheniensium legibus et moribus, itemque de dicasteriis Atheniensium Telephus, ut liquet ex eodem: a quo etiam in v. *Ζαμύλις* laudatur Helanicus *ἐν νομίμοις*. Hemippi librum primum *περὶ νομοθετῶν* laudat Athenæus l. 4. p. 154. et Origen. l. c. Cels. librum secundum Porphyrius *4to. περὶ ἀποχῆς*, librum sextum Athenæus l. 14. p. 619. Plethonem Theodoro Gazæ æqualem *ἐν τοῖς περὶ νομοθεσίας λόγοις* laudat ipse Theodorus in libello de *Mensibus*. Quantum ista disciplina debeat nostræ quoque industriæ, malim intelligi ex commentario de *Rep. Atheniensi*, quem indices paro, quam ex ea luce, quam adepta est Themis Attica ex hodierna *Lysiæ* editione; quanquam nonnulla fortasse, neque ea levisima, et hic quoque legantur, quæ aliorum industriam elusere. In eo opere, cui (ubi paucillulum oculi ab infinitis fere curis circa caput salientibus nactus sim) maxime semper cum delectatione incumbere soleo, non eundem mihi ordinem servandum esse duxi, quem Petitus aliique sibi <sup>706</sup> statuere. Nam ubi historiam gentis breviter persecutus fuero et ad quandam quasi maturitatem perduxero, eam sc. quæ et rerum gestarum legumque condendarum gloriam terminare judicabitur, nonnulla præfaturus esse mihi videor de *νομοθεσίας* historia et ratione: de *Legum* scribendarum abrogandarumque ritu: de conditione, ætate, fama, fortunisque *Legumlatorum*, qui plurimi fuerint: de nummis denique et monumentis: de formularum pactionumque publicarum solennitate, et quæcunque ad actus legitimos et moderationem *Reipublicæ* pertinere videbuntur. Deinde in *Legibus* recensendis cum modum ordinemque tractandi mihi præscripsi, quem unusquisque nostrum vivendo describimus. Nam jam inde a natalibus civem Atheniensem meditor deducere, ritusque et patria instituta una persequi, quæ singulam ætatem et conditionem respiciant: qualem sc. se gerere oporteat domi sub patris imperio, qualem foris sub præceptore; quid ab armato milite, quid a consulente sene exspectetur; quis modus in judiciis, quis in curia statuatur. Eo nempe consilio et scribendi ratione expositurus ero vitam Atheniensem non solum publicam et civilem, verum etiam una privatam et domesticam; deinde cum *Legum* uberi tractatione *Antiquitatum* etiam thesaurum complexurus simplici quodam et naturali ordine digestum. Mihi quidem, ut meam mentem exponam, præ ceteris eruditionis partibus vehementer semper placuit ista commentatio: Hujus populi et bello et pace clarissimi *Annalis* et *Jurisprudentiam* semper cum delectatione evolvi; sive quod naturali æquitate et honesta quadam sapientia ea *Jurisprudentia* polleret maxime; sive quod, ut ceterarum rerum præclarissimarum, ita et *νομοθεσίας* quoque primordia cum jucunditate recolere soleamus. P. enim A. primus fortasse inter profanas gentis *Reipublicæ* legibus et institutis firmatæ exemplum edidit. Quod licet inventum, ut cetera egregia omnia, ab *Ægyptiis* repetatur, ego potius, propter communionem, quæ inter eas gentis olim intercessit, existimarem unum fuisse, qui utrisque leges dedit, unamque ambabus fuisse *νόμων διάθεσιν*. Vel fortasse multa ab *Ægyptiis* utiliter reperta *illachrymabili nocte wgentur*



Atheniensibus enim id præconium non deficit, neque ea ratio immortalitatis:

“Fama minor factis: ipsos nam credere dignum  
Cœlicolas, tellus quibus hospita semper Athenæ,  
Ceu Leges hominemque novum, ritumque sacrorum,  
Seminaque in vacuas hinc descendente terras,  
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris  
Confugium.”

Stat. XII. Theb. 499.

“Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris  
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ,  
Et recreaverunt vitam, Legesque rogarunt.”

Lucret. l. 6. init.

Non mirum est igitur, gentem ea Civilis Scientiæ celebritate et antiquitate ceteris fere omnibus et leges et jura imponere, quemadmodum testatur Pericles apud Thueyd. l. 2. Cicero quidem pro Flacco. “Ad sunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, Jura, Leges ortæ, atque in omnis terras distributæ putantur.” Quantum contulit ad Jurisprudentiam Romanam, quæ huic populo diuturnius et latius imperium, quam Virtus, peperit, satius est discere ex istius gentis et Historiæ et Juris monumentis, quæ supersunt. Ammian. Marcellin. l. 22. “Solo adjutus sententiis Ægypti Sacerdotum latis justo moderamine Legibus Romano quoque Juri maximum addidit firmamentum.” Ille certe, si non νομοθεσία Ægyptiorum, eorum tamen et consiliis et sapientia usus multa in sua Jurisprudentia symbolice instituit; uti Pythagoras ejusdem sapientiæ consultus, multa in Italica Schola condenda suæque philosophiæ præceptis tradendis, Ægyptiacum ad morem per ænigmata rerumque simulachra docuit. Hujusmodi est sapientiæ, quod Solo ἄξονας sive tabulas Juris, in quibus officia Civium describerentur, illas præscriptiones verborum, ad quas unumquemque se accommodare et componere oporteret, Ἀνάγκης ἄτρακτον, *Necessitatis fusum*, vocavit. Instituit idem, ut ex Poll. I. 12. discimus, τὰς νόμους ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον φρούγετρον φέρειν σημεῖον. Admonuit scilicet novam nuptam, vas istud domesticum, cujus ope fruges torreret solitæ, illi domestica omnia officia rerumque familiarium administrationem curæ esse oportere. Si φρούγετρον per *Farreum* exponat Plinius, credo eum duorum populorum instituta commiscuisse, *Confarreationem* sc. Romanorum, atque hunc Solonis ritum, ubi ait XVIII. 3. “Quin et in sacris nihil religiosius *Confarreationis* vinculo erat. Novæque nuptæ *Farreum* præferbant.” Ego autem pergo: Cavet idem Legislatores τὴν νόμῳ τῷ νυμφίῳ συγκατακλινεσθαι μῆλον κυθωνίου συγκατατράγουσαν, ut refert Plutarchus in Solone et in libello *Præceptorum Conjugal*, αἰνυτ-  
707 τόμενος, juxta eundem auctorem, ὅτι δὲ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν εὐάρμοστον εἶναι πρώτην καὶ ἡδέϊαν. Porro multa habemus in Themide Attica, quæ Ægyptiacam originem referre videantur. In hoc populo nefas habebatur *servum hominem occidere*, non quod apud profanas gentes tanta erat mancipiorum cura aut reverentia, verum, ut rationem exponit gravissimus auctor Diod. Sic. l. 1. δὲ τῆς τῶν δούλων φροντίδος ἐθίζοντες τοὺς ἀνθρώπους πᾶσι μᾶλλον εἰς τοὺς ἐλευθέρους μὴ δεῖν ὄλως ἐξαμαρτάνειν. Eadem erat omnino apud Atheniensis cura, quorum erat sapientia, non expectare, ut suppliciorum severitate vindicarent, quod fieri non oportet.

uerat, verum extemplo prohibere, ne eveniret id quod infectum esse voluerint. Ita in Tabulis, quæ ab ingenuorum puerorum corporibus vim et contumeliam areebant, in calce legis subjiciebant: *ἐνοχοὶ δὲ ἔστωσαν ταῖςδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες*. Cujus constitutionis ne quis aut insolentiam aut inæqualitatem miretur, *nihilo sc. majoris censei ingenuos quam servos*, continuo exclamat præstantissimus Orator c. Timarchum: *Τοῦτο πάντων ἄριστα ἔχει*. Non quod de mancipiis sollicitus erat Legislator; οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκετῶν ἐσπούδασεν ὁ νομοθέτης, ἀλλὰ βουλόμενος ἡμᾶς ἐθεῖσαι πολὺ ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέρων ἕβρεως, προσέγραψε, μηδ' εἰς τοὺς δοῦλους ὑβρίζειν. Inde cum Lex erat *de adulterum in uxore justa deprchensum interficiendo*, οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης, ut Lysiae verbis utar, ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναῖξι ἐίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἰλάττονος ἀξίας τὴν αὐτὴν ἐίκην ἐπέθηκε. Easdem sc. poenas et in *Uxoris* et in *Pellicis* injuria statuit, in utraque gravissimas, ut adulterii semina quodammodo radicatas evelleret, *legitimique* connubii jura sanciret etiam custodia *usurarii*. Neque videtur sapientissimus Legislator in ea poenæ acerbitate istius Scholæ auctoritatem commendare, quæ *peccata*, ut cum Cicerone loquar, “non momentis rerum aut eventu, sed vitii hominum metitur,” et quæ argutius quam verius contendit, quod “siquidem peccare est lineas virtutis transilire; quam longe progrediare, cum semel transieris, id ad augendam transeundi culpam nihil pertineat.”

“Nec vincet Ratio hoc, tantundem ut peccet idemque

Qui teneros caulis alieni infregerit horti

Et qui nocturnus sacra Divum legerit.”

Nam et alibi, uti in unoquo delicto supplicium commensuratum esse voluit Solo, atque ut adesset

“Regula peccatis, quæ poenas inroget æquas,”

namque id prudentissima sanctione legitimisque verbis instituit: ita in hoc quoque criminis genere, ut loquitur Lysias: *εἰ τινα εἶχε ταύτης μείζω τιμωρίαν, ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς ἐποίησεν ἄν' ἢν δὲ οὐχ οἷός τε ὦν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείναις ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνεσθαι*. Gravissimis ergo poenis aliquando *minora* delicta coercuit, quæ ad *majora* fenestram patefaceret: hæc vero iisdem, quoniam acerbiores excogitare nequiverat. Draco quidem, qui pleraque nimis severe censuit, inter alia sanxit in iis legibus, quas tulit, *Furem ejusmodicumque furti supplicio capitis puniendum esse*. Gell. XI. 18. *Ἀπασι τοῖς ἀμαρτάνουσι, μίαν ζημίαν, θάνατον* interrogavit, *τοῖς λάχαινα κλέψαντας ἢ ὀπίωραν ὁμοίως τοῖς ἱεροσόλοις καὶ ἀνδροφόνους κολαζόμενος*, ut ait Plutarchus in Solone. Ad quam severitatem, quæ modum et proportionem excedebat omnem, procul dubio respexit Horat. 1. Sat. III. 115. verbis a me modo memoratis. Hoc igitur et pleraque alia ultimæ immanitatis capita sustulit Solo, et omnia impendio molliora decrevit, et ad rationis verique normam revocavit. Mihi hæc commentanti videtur omnino potior esse sententia, Solonem non omnis Draconis leges sustulisse, ut quidam tradidere, verum severitatem ejus per omnia extinxisse potius atque ad lenitatem inclinasse. Multa etenim a Dracone graviter et civiliter admodum instituta legimus, quæ, verum citra poenæ acerbitem, a Solone instituta fuisse una discimus. Pro exemplo erit *Constitutio Attica*

*de Ocioso.* Quam memorat Valer. Maxim. II. 6. 3, 4. “Apud Atheniensis *Inertia* e latebris suis, languore marcens, in forum perinde ac *delictum* aliquod, protrahitur, fitque ut facinorosæ, ita erubescendæ rea culpæ. Est et ejusdem urbis sanctissimum consilium Areopagus: ubi quid quisque Atheniensium ageret, aut quoniam questu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat, ut homines honestatem (vitæ rationem memores reddendam esse) sequerentur.” Eam ex Laertii auctoritate aiebat Lysias in oratione c. Niciam, Δράκοντα γεγραφέναι, Σόλωνά ἐξ τεθεικέναι. Licet Harpocrat. in Bibl. Reg. Cant. in articulo inedito adfirmet id fragmentum Lysiae desumi ex ejus deperdita oratione c. Aristonem. Ἀργίας δίκη. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀρίστωνος φησί. “Ὅτι Δράκων ἦν ὁ θεὸς τὸν νόμον, αἴθρις δὲ καὶ Σόλων ἐχρήσατο, θάνατον οὐχ ὀρίσας, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ’ ἀτιμίαν, ἐάν τις (corrigere ἐάν τις) ἀλῶ, τίσαι· ἂν δ’ ἀπαξ, ζημιῶσθαι ἑραχμὰς ἑκατόν. Utcumque ea res sit, liquet, Draconem, qui *furta* (ut cum Alexandro ab Alexandro loquar) *moresissime pensitavit*, *inertiam*, non minus ac *latrocinia*, quæ ab ea derivantur, capitali supplicio coercere voluisse. Nam, quod ait Diphilus Comiens apud Athenæum l. 6. de paupere sumptuoso, ad ociantem æqualiter spectat.

Ὅκ ἐνδέχεται γὰρ ζῆν ἄνευ κακοῦ τινὸς  
 Τοῦτον· συνίης· ἀλλ’ ἀναγκαίως ἔχει  
 Ἡ λωποδυντεῖν τὰς νύκτας ἢ τοιχωρυχεῖν,  
 Ἡ τῶν ποιούντων ταῦτα κοινωνεῖν τισίν,  
 Ἡ συκοφαντεῖν κατ’ ἀγοράν, ἢ μαρτυρεῖν  
 Ψευδῆ· τοιούτων ἑκκαθαίρομεν γένος.

Solo istam immanitatem pœnæ exosus, verum lenititudini occurrendum arbitratus, homines ociosos, ἄχθος ἀρούρης, non capite, sed infamia punivit. Variant tamen Antiqui. Nam sec. Poll. VIII. 6. Draco infamia, non morte, Solo non nisi tertio ocii convictum plectebat. Id institutum, ut erat ad Ægyptiacos mores accommodatum, (unde derivasse dicitur qui Athenis tulerit. Vid. Herodot. Euterp. 117. Diod. Sic. 1.) ita Lacedæmoniorum Jurisprudentiæ ex diametro contrariabatur. Adversariæ enim istæ Resp. non *armis* magis, quam *institutis* inter se perpetuo dimicabant. Nam ut Athenis unusquisque artem aliquam profiteri aut questum facere tenebatur, ita et Lacedæmone vile semper habebatur id inglorium. Exstitit olim, dubito annoa hodie Romæ exstet, in Cod. MS. Lysiae oratio κατὰ Νικίου, ἀργίας. Laudantur ab Antiquis Orationes Lysiae κατὰ Νικίου, κατὰ Νικίου, ἀργίας, et demum κατὰ Νικίου, φόνου. Ex his omnino eadem est κατὰ Νικίου, et κατὰ Νικίου, ἀργίας. Quoniam legem *de Ocioso* laudat Laetius ex oratione κατὰ Νικίου, et ubicumque a ceteris laudatur Oratio ἀργίας, alii Codices Νικίου, alii Νικίου legunt. Ad eam etiam causam jure referri possunt quæcumque laudantur ex oratione κατὰ Νικίου. Optimo certe jure retuli voces Κητροὶ, Ὀβολοστατεῖ, Ποταμός. Vel enim ita diserte laudantur, vel istorum vocabulorum usus ostendit ea in istiusmodi actione locum obtinere. Hoc de Ὀβολοστατεῖ non negabis. Sed unde Ποταμός; Κητροὶ unde? Nomina sunt, inquires, pagorum Atticorum: Tu hominem Ocii insimulas. Mane. id ipsum est, quod velim. Nam ut unusquisque pagus sive *populus*, in quos tota Attica scindebatur, loco dirimebatur situque, ita aliquando moribus, vitæ genere et condicione, usu et ingenio dirimi erat necesse.



*Αἰζωνεῖς* ad mare habitabant, Phalerum inter et Sunium, ubi ob portus commoditatem vœnibant, non odores fortasse, sed ostrea, pisciculi, atque id genus edulia. Unde proverbium *Αἰζωνίδα τρίγλην* de nullo præstantiori. Nausicrates Comicus apud Athenæum I. 7.

Μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἑκπρεπεῖς φύσιν  
 Αἰξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰζωνικὸς  
 Πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται,  
 Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσιν φωσφόρον κόρην,  
 Δείπνων ὅταν πέμπωσι ἰῶρα ναυτίλοι.  
 Β. Τρίγλας λέγεις.

Ad eum igitur locum, *Belini* veluti ad *ostia*, concurrebant undique pueri, vetulæ, salsamentatorum, bajulorum, portitorum navtarumque familia, cui scholæ sua non deerat Rhetorica, aut naturalis color orationis. Inde *Æxonenses* apud Antiquos maledici semper et ad mala multa ingerenda proclives. Hesyeh. *Αἰζωνέεσθαι, κατηγορεῖν*. Minime, sed *κακηγορεῖν*, ut alibi emendavi. Harpocr. *Ἐκωμῳδοῦντο* [*Æxonenses*] *εἰς βλασφήμους* (I. ὡς βλάσφημοι) *ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν, αἰζωνέεσθαι* ἔλεγον — Πλάτων ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας φησὶν' Οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτά γ' ἔχων εἰπεῖν, μή με εἴπωρ Αἰζωνία εἶναι. Eodem modo Prospaltii et *Ilymœtadæ* crant *φιλόδοκοι* supra cæteros Atheniensis. *Achærnenses*, qui in fodinis carbonariis ætatem exercebant, ita graphice a Comico in *Achærn.* 178. describuntur,

\*Ἐσπευδον, οἱ δ' ὄσφροντο πρεσβύται τινές  
 Ἀχærνικοὶ, στιπτοὶ γέροντες, πρίννιοι,  
 Ἀτεράμονες, Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνιοι,

*Potamii* denique, et vicini, ex ead. sc. tribu, *Cottocœneses* exagitabantur perpetuo, ut homines *ἰγναῖ* et rem suam instrenue administrantes. Harpocrat. in *Ποταμῶς*. *Ἐκωμῳδοῦντο* ἢ ὡς ῥαζῖως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι, καὶ Μίανανδρος ἐν ταῖς *Διδύμαις*. Sed jam tempus est, ut ad alia pergam.

## CAP. XI.

Recensentur Leges Atticæ apud *Lysiam* repetitæ, et varia de ea re disputantur. 709

RECENSEBO in hoc capite (ea tamen brevitate, qua decet Editorem, qui ex mole libri atque vendendi lege auguratur nihil quidquam fere ad sexennis suos labores compensandos restare, præter memciam jucunditatis, quam ex ipso labore cepit) ea instituta Atheniensium, quorum notitiam cultissimo nostro Scriptori debemus. Quæ dum percurram, dijudicare possit eruditus lector, utrum mea opera inutiliter necne fuerit collocata in eo Scriptorum expoliendo, qui civilibus Atheniensium officiis tantum lucis adtulit. Et si nonnulla a me vel recte animadversa, vel in melius restituta, vel feliciter explicata viderit, consilium fortasse nostrum non improbabat aut studium Jurisprudentiam antiquam magis indies cœmerendi. Ejusmodi commentarium, quem Editioni suæ *Oratorum Græcorum* subnecteret, meditabatur olim H. Stephanus vir maximus. Hoc ex ejus præfatione liquet.

Adulterium gravissime semper excepit Majorum nostrorum severitas. Nam illicitam illam et volgivarum Venerem, familiarum jurisque hereditarii ludibrium, ea supplicii acerbitate compesci voluit prudentissimus Atheniensium legislator, ut in dolentis Mariti arbitrio modum poenae stateret, ejusque iras justissimas armaret etiam auctoritate publica. Neque ei solummodo gladium concessit, sed ab omni etiam vexatione Fori, quantum sc. humana sapientia præcaveri poterat, et ab Adversariorum ultione immunem præstitit. Humanissimam eam cautelam ex duobus institutis mihi videor eruisse, quorum utrumque conservavit Lysias in elegantissima oratione, quam pro Marito conscripsit, qui Eratosthenem mœchum in uxore deprehensum patrio jure usus domi suæ occidit. Primum igitur esto:

## I.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΗ Ο ΤΙ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ ΧΡΗΣΘΩ.

## II.

ΤΟΥΤΟΝ ΜΗ ΚΑΤΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ ΦΟΝΟΥ ΟΣ ΑΝ ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ ΤΗ ΕΑΥΤΟΥ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΩΝ ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΤΙΜΩΡΙΑΝ ΠΟΙΗΣΗΤΑΙ.

Quod ad priorem constitutionem adinet, eam discrete adserit Noster in legibus contineri. *Κελεύουσιν, inquit ille, οί νόμοι, εάν τις μοιχόν λάβη, ὃ, τι ἂν βούληται χρῆσθαι.* p. 48. 7. ed. Reisk. Inde ubi Eratosthenes adulter a Marito deprehensus *ἠντιβόλει καὶ ἰκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι,* respondet ille, *ὅτι οὐκ ἐγὼ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος.* p. 28. 9. Pergit deinde notabili euphemismo, *Οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκείνος τούτων ἔτυχεν, ὡν περ καὶ Νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας:* Et alibi, *Οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενός, πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας.* p. 7. 3. Eodem artificio propter verbi invidiam usus est Cic. pro Milone. "*Fecerunt id Servi, dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est, neque imperante, neque sciente, neque praesente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluit.*" Quod ad secundam adinet, id eadem fide verborumque solemnitate evincitur. *Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου, ΝΟΜΟΣ. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ἡμῖν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαβρήδην εἴρηται τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ εαυτοῦ μοιχόν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσῃται.* p. 34. 8. Auctoris verba exscripsi, ut dijudicet lector, uter nostrum Jurisprudentiam Atticam rectius attigimus, ego, qui binas constitutiones de eo facinore revocavi, an Petitus, qui posteriore neglexit. Prioris quidem legis naturalem quandam æquitatem pluribus confirmat Lysias p. 38. ubi contendit, *eos, qui alienas Matresfam. in adulterium pellicunt* (nam in eos Lex maritos armavit, non si quis invitatus vi compresserit) *ita earum animos contaminasse,* 710 *ut amorem et necessitudinem omnem, quae maritis debetur, in se ipsos deriverent; domesticas omnis rationes in mæchi arbitrio poni: liberosque demum incerta condicione nasci, omniaque hereditatis jura misceri penitus vel extinguî. Pro quibus* (inquit ille) *Legislator θάνατον ἐποίησε τὴν ζημίαν.* Ut alibi. *Γενναῖκας τοίνυν τῶν πολιτῶν τοιοῦτος ὢν μοιχεύειν καὶ διαφθερίζειν*

ἄλευθέρως ἐπεχείρησε, καὶ ἠλόφθη μοιχός. καὶ τούτου θάνατος ἡ ζημία ἐστὶ.  
 p. 489. 1. Supplicium nempe, quod Maritus ipse sumere, non a Curia  
 expectare poterat. Ἐμοῦ τοίνυν, ὧ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνω-  
 κότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες ταύτην τὴν εἰκὴν λαμβάνειν.  
 Quod si deinde postularetur non juxta legem fecisse, quod sc. privatas  
 simulates ficta conjugis injuria obtinuerit: quod uxorem ipse lenocinatus  
 fuerit; hominemque nec opinantem in fraudem inlexerit; quo pacto in h.  
 causa contendebant Eratosthenis necessarii, ibi rursus intercessit Legis-  
 latoris sapientia, et, quæ erat Constitutio altera, CAUSA COGNITA, inquit  
 ille, CÆDIS OMNINO NE CONDEMNATOR QUI MOECHUM IN UXORE DE-  
 PREHENSUM DOMI OCCIDERIT. Quia (ut ait Imp. Alexander l. 4. C. ad  
 L. Jul. de Adulter.) “quod legitime factum est, nullam pœnam mere-  
 tur.” Memorabilem hanc dispositionem juris, legibus nostris et usui in-  
 cognitam, Antiquorum Resp. plurimæ sive naturali jure ductæ, sive  
 exemplo et fama Solonis permotæ, sua etiam civitate donarunt. Μόνους  
 γοῦν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων Ἰηποινεὶ ἀπο-  
 κτείνειν, δηλονότι διὰ ταῦτα, ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν γυ-  
 ναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. Xenoph. in Hierone. Quinetiam  
 Veterum ante Resp. legibus confirmatas eadem fuisse videtur mens et  
 sapientia. Sophocl. Ajace,

Αὐτὸς δὲ μητρός ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ’ ἧ  
 Ααβῶν ἐπακτὸν ἄνδρ’ ὁ φυτεύσας πατήρ  
 Ἐρῆκεν ἑλλοῖς ἰχθῦσιν διαφθοράν.

Pausan. in Bœotic. c. 36. Πρῶτος δὲ οὗτος ὁ Ὑγτος εἰκὴν μοιχίας λαβῶν  
 εἰλόγος ἐστὶ, καὶ χρόνῳ ἕστερον Δράκοντος Ἀθηναίους θεσμοθετήσαντες, ἐκ τῶν  
 ἐκείνου κατέστη νόμων, οὓς ἔγραψεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἄλλων τε ὁπόσων ἄδειαν  
 εἶναι χρή, καὶ ἐν καὶ τιμωρίας μοιχοῦ. Xenarch. Comic. apud Athen.  
 l. 13.

Πῶς ποτ’, ὧ δέσποινα ποτνία Κύπρις,  
 Βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων  
 Ὅποταν ἀναμνησθῶσι προσκυνούμενοι.

Ut obiter id notem, legem illam Dracontis, quam memorat Pausanias,  
 conservavit Demosth. c. Aristocrat. qui etiam Pausaniam perperam ali-  
 quando intellectum egrægie inlustrabit. Ὁ μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκον-  
 τος —

## ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΗ

H EN ΑΘΛΟΙΣ ΑΚΩΝ  
 H EN ΟΔΩΙ ΚΑΘΕΛΩΝ  
 H EN ΠΟΛΕΜΩΙ ΑΓΝΟΗΣΑΣ  
 H ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ  
 H ΕΠΙ ΜΗΤΡΙ  
 H ΕΠΙ ΑΔΕΛΦΗ  
 H ΕΠΙ ΘΥΓΑΤΡΙ  
 H ΕΠΙ ΠΑΛΛΑΚΗ  
 H ΗΝ ΑΝ ΕΠΙ ΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ ΠΑΙΣΙΝ ΕΧΗ

ΤΟΥΤΩΝ ΕΝΕΚΑ ΜΗ ΦΕΥΓΕΙΝ ΚΤΕΙΝΟΝΤΑ.

Quod inter Romanos statuit olim Jus Papirianum, hodie fere nescitur.



Leges enim Regiæ in desuetudinem abeuntes citissime describi atque a peritis conquiri desivere: vel in XII. Tabularum complexionem et auctoritatem migrantes, flaviorum ad iustarum in magno isto Oceano Juris, et nomen et dignitatem penitus amisere. Romulus interea unde unde adripuit, nam et ante Solonem vixit, neque quidquam fere ea ætate Romæ cum Græcis aut artibus aut disciplina commercii, ille, inquam, quantum ex Catonis oratione apud Gell. X. 23. augurari licet, adulterium Græca severitate pensavit. “Verba M. Catonis adscripti ex oratione, quæ inscribitur de Dote, in qua id quoque scriptum est, *in adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare* — De jure autem occidendi ita scriptum. In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, *sine judicio impune necares*: Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere; neque jus est.” Gell. l. c. Similia omnino de Romuli institutis refert Dionys. Halic. Antiq. Rom. l. 2. Ἀμαρτάνουσα δὲ τι [Ἰσχυρ] ἔκαστην τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον. Ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἰδίκαζον, ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος καὶ ἢ τις οἶνον ἐπιθεῖν ποῖσα γυνή. Hanc sive severitatem sive necessariam justitiam temperavit aliquatenus sequioris ætatis humanitas, et maxime Lex Julia. Ea enim armavit potius *Patrem*: et, cum *Marito* istud jus non concessit, nisi in infami adultero, (puta, si leno fuerit, quive artem ludicram fecerit, judiciove publico damnatus etc. v. l. 24. in princ. D. ad leg. Jul. de adult. Quamobrem ab Ulpiano l. 7. §. ult. D. quod met. caus. dicitur. “Non omnem adulterum licet occidere:”)

711 Patri adulterum *quemlibet* sive domi suæ, sive generi, in ipsa turpitudine deprehensum occidere permisit, modo una filiam interfecerit. Quod explicat Papinian. l. 22. §. 4. D. ad L. Juliam de adult. “Ideoque Patri, non Marito, mulierem et *omnem* adulterum permissum est occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis cepit, ceterum mariti calor et impetus facile decernentis fuit refrænandus.” Remittet enim aliquid de severitate, tardiusque ad eandem accedet, qui non nisi per sua quodammodo viscera et domesticum finis accessurus erit. Ceterum quod jus maritus *aliquando* in adultero, id nunquam Romanis in legibus videtur in uxore habuisse: ideoque qui uxorem occiderit, pro homicida habetur, verum lege Cornelia de Sicariis non tenebitur, quoniam justo ejus dolori poenas *ultimas* condonarunt humanissimi Imperatores, in eamque sententiam rescipit M. Antoninus et Commodus apud Ulpian. l. 38. §. 8. eod. et ante eos Antoninus Pius ibid. et l. 1. in fin. D. ad l. Cornel. de Sicar. Cujus rescripti verba sic se habent: “Ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest, cum sit difficillimum justum dolorem temperare: et quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit: sufficet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi: si qui honestior, in insulam relegari.” Recte ergo eam juris benignitatem exprimit Ulpian. l. 3. §. 3. D. de Senatusc. Silan. “Si Maritus in adulterio deprehensam uxorem occidat, quia *ignoscitur ei*, non tantum mariti, sed etiam uxoris servus poena liberari, si justum dolorem exsequenti domino non restiterunt.” Eadem erat humanitas, si quis interfecerit adulterum noctu deprehensum ejus condicionis ut per legem Juliam impune occidi non potuerit. “Si *legis auctoritate cessante* inconsulto dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit

tamen quia et nox et dolor justus factum ejus relevant, potest in exilium dari." L. 4. C. ad legem Juliam de adulteriis. Ita Julius Paulus Recept. Sentent. l. 2. tit. 26. §. 5. "Maritum, qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, qui hoc impatientia justis doloris admisit, lenius puniri placuit." Profecto Romæ ante Legem Juliam Marito non videtur fraudi fuisse in adultero iræ suæ indulgere, ut plurimis exemplis confirmat, quod argumentum hoc summa cum eruditione tractavit, Brissonius ad L. Juliam de adulteriis. Varia, quæ variæ gentes de adulterio decernebant, congressere Scheffer. ad Elian. V. Histor. XII. 12. et Asinius in Comment. ad Tit. de Relig. et Sump. Funer. D. pag. 119. Nationes certe, quæ sapientiam et auctoritatem Juris Civilis amulari videbantur, antiqua severitate continebantur. Ita in Wisigothorum legibus, quæ in hac parte pene cum Solonis contendere videantur: Lib. 3. Tit. 4. Lex. 3.

SI CIVISLIBET VXOR ADULTERIVM FECERIT ET DEPREHNSA NON FVERIT ANTE IUDICEM COMPETENTIBVS SIGNIS ET INDICHS MARITVS ACCVSET. QVOD SI MVLIERIS ADULTERIVM MANIFESTE PATVERIT, ADULTER ET ADULTERA SECVNDVM SVPERIORIS LEGIS ORDINEM IPSI TRADANTVR: VT QVOD DE HIS FACERE VOLVERIT, IN EIVS PROPRIO CONSISTAT ARBITRIO.

Et in lege proxima :

SI ADULTERVM CVM ADULTERA MARITVS VEL SPONSVS OCCIDERET PRO HOMICIDA NON TENEATVR.

Gundebaldus, qui Burgundionibus legis tulit, non hospes in Romano jure, lege sancivit LXVIII. de Adulteriis.

SI ADULTERANTES INVENTI FVERINT, ET VIR ILLE OCCIDATVR ET FEMINA. Septentrionalium quidem jura, quibus utimur magis, in compositione et argenti aestimatione perunquam consistunt, ut Leges Sælicæ Lindenbrogii cura editas legenti patebit. Veterem tamen disciplinam revocavit Jus Teutonicarum Tit. de Uxoribus et causis, quæ sæpe contingunt, L. Si cum uxore alterius quis concubuerit.

SIVIS CVM VXORE ALTERIVS CONCVBERIT LIBERA COMPONAT HOC MARITO EIVS CVM SVO WEREGELDO ID EST CLX SOL.

ET SI IN LECTO CVM ILLA INTERFECTVS FVERIT PRO IPSA COMPOSITIONE QVAM DEBVIIT SOLVERE MARITO EIVS IN SVO SCELERE IACEAT SINE VINDICTA.

Supplicii severitatem sustulit Imp. Fridericus Constitut. Neapol. l. 3. tit. 43. de adulter. et tenocin. hisce verbis : " Legum a-pertitate lenita, non ut olim contra adulteras et adulteros, ad aliorum conjuges accedentes, gladio est agendum, sed rerum ad eos pertinentium confiscatio inducetur, si filios legitimos ex eo matrimonio violato, vel alio non habuerit: periniquum enim eos successione fraudari, qui nati sunt eo tempore, quo hujus thori lex legaliter servabatur. At viro tradenda est mulier, nullatenus vitæ periculum subitura, sed ultionem thori violati, nasi truncationis, quod sævius et atrocius inducitur, persequutura : ultra enim neque viro, neque parentibus servire (f. sævire) licebit : Quod si vir ejus in eam vindictam dare noluerit, nos hujusmodi maleficium non sinemus inultum, sed ipsam præcipimus publice flagellandam." Nam ante eum tulit Rogerius l. 3. tit. 49. de pœna uxoris in adulterio deprehensæ.

SI MARITVS VXOREM IN IPSO ACTV ADVLTERII DEPREHENDERIT TAM ADVLTERVM QVAM VXOREM OCCIDERE LICEBIT NVLLA TAMEN MORA PROTRACTA.

Fusius fortasse hæc quam oportuit, verum non ingrata videbitur commentatio, si quis majorum sensa de eo delicto perspicere cupiat, cujus unius fere supplicium non a foro, sed dolore patientis æstimari voluere. Quod reliquum est breviori ambitu concludam; memor me in hoc commentariolo non leges *Lysiacas* illustrare, sed recensere tantum.

### III.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ Η ΠΑΙΔΑ ΔΙΣΧΥΝΗ ΒΙΑΙ ΔΙΠΛΗΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΦ ΑΙΣΠΕΡ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΞΕΣΤΙΝ ΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. p. 34. pen.

Ubi primus reposui *διπλήν* pro *διπλοῦν*. Longe inclementius de *illecebris*, quam de *violentiâ*, statuerunt leges Atticæ, et quidem contra omnium fere gentium usum et disciplinam. Apud Romanos enim, “Qui vacantem mulierem rapuit vel nuptam, ultimo supplicio punitur.” Marcian. l. 5. §. 2. D. ad leg. Juliam de vi publica. Id quod sancivit Imp. Justinianus l. unic. C. de raptu Virginum: “Raptores virginum honestarum vel ingenuarum, sive jam desponsatæ fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum feminarum, licet libertinæ, vel servæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, *capitis supplicio* plectendos decernimus.— Et merito *mortis damnantur supplicio*: cum nec ab homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui.” Pergit Imp. “Quæ multo magis contra eos obtinere sancimus, qui *nuptas mulieres* ausi sunt rapere; quia duplici tenentur crimine, tam adulterii, quam rapinæ: et oportet acerbius adulterii crimen ex hac adjectione puniri.” Adde Jul. Paul. Recept. Sent. lib. 2. tit. 26. §. 12. “Qui masculum liberum invitum stupraverit, *capite* punitur.” Apud Atheniensis quidem, qui momentum facinoris exitu æstimabant, vis adulterium relevabat. *Illa* enim, ut contendebant istius juris periti, corpus solummodo, non animum stuprabat: qui vero dolo et *blanditiis* mulierem adulteravit, animum ipsum infecit atque a marito alienavit. Idcirco istud delictum pecunia, hoc capitis poena coercerent. Sanane id philosophia et civiliter institutum, disquirendi non competit: Legem interea, sive potius legis particulam, ita mecum interpretari et intelligere possis.

#### LEX de Raptore et Moecho.

QVI HOMINEM PVERVMVE INGENVVM VI CONSTVPRAYERIT DVPLVM LVITO: QVI ETIAM MVLIEREM MVLIERESVE IN DOMINIO MARITI POSITAS (in quibus sc. mœchum deprehensum lege occidere possis) EODEM IVRE TENETOR. MOECHVS AVTEM\*\*\*

Fortasse autem quoniam de *vi* et *suadela* legem agere certum est ex *Lysiac* argumentis et ratione legis laudandæ, tota concinnatur ex *Lysia* et *Æschine c. Timarch. h. p.*

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ Η ΠΑΙΔΑ ΔΙΣΧΥΝΗ ΒΙΑΙ ΔΙΠΛΗΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΦ ΑΙΣΠΕΡ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΞΕΣΤΙΝ (sc. ΓΑΜΕΤΑΣ) ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΠΑΙΔΑ Η ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΡΑΓΜΑΓΕΤΣΗ, ΘΑΝΑΤΩΙ ΖΗΜΙΟΥΤΣΘΑΙ.

Quid voluit Jus Atticum per *διπλήν βλάβην*, fortasse expedient loci pro-



xime a me laudandi. Οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες — ἂν μὲν ἐκὼν βλάβῃ, διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων, ἀπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίμειν. Demosth. c. Mid. ' Ἄλλ' οἱ νόμοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων τῶν εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων διπλὴν τὴν βλάβην ὀφείδειν κελεύουσι. Dinarch. c. Demosth. ' Ἐὰν μὲν δοῦλον κτείη νομίζων τὸν ἑαυτοῦ διειργάσσει, τὸν τοῦ τελευτήσαντος δεσπότην ἀβλαβῆ παρεχέτω καὶ ἀζήμιον· ἢ δίκην εἰς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος ὑποσχετὼ διπλῆν. Plato de Legg. l. 9. Atque hæc fere sunt, quæ apud Lysiam matronarum pudicitiam et conubiorum jura defendunt, ob inusitatum genus a Plutarcho, in vita So- 713 lonis notata. Ὡς δὲ πλείστην ἔχειν ἀτοπίαν οἱ περὶ τῶν γυναικῶν νόμοι τῷ Σόλωνι δοκοῦσιν, μοιχὸν μὲν γὰρ ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν· ἔαν δ' ἀρπάζῃ τις ἑλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσῃται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμᾶς ἔταξε (ita enim a Solone olim institutum) — τὸ δ' αὐτὸ πρᾶγμα ποτὲ μὲν πικρῶς καὶ ἀπαρατήτως κολάζειν, ποτὲ δὲ εὐκόλως καὶ παιζοντα, πρόστιμον ζημίαν τὴν τυχοῦσαν ὀρίζοντα, ἄλογόν ἐστι. Ut hunc titulum concludam, quanquam leges generaliter quodammodo loquantur, μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκε, et ' Ἐὰν τις μοιχὸν λάβῃ, istud tamen jus interficiendi videtur semper ad *maritum* solummodo pertinere.

## IV.

ΟΥ ΝΟΜΙΜΟΝ ΕΞΩ ΤΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΛΕΓΕΙΝ. p. 163. 2.

Cautum hoc de actionibus Areopagiticis, quæ maxima solennitate, addo quoque et severitate, instituebantur. ' Ἔστ' ἂν μὲν περὶ τοῦ πράγματος λέγουσιν, ἀνέχεται ἢ βουλή [Areopagitica sc.] καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα· ἦν δὲ τις ἢ προοίμιον εἶπη πρὸ τοῦ λόγου, ὡς ἐννοσπέρους ἀπεργάσατο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δεινώσιν ἕξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται, παρελθὼν ὁ κήρυξ κατεσιώπησεν εὐθὺς, οὐκ ἔων ληρεῖν πρὸς τὴν βουλήν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνά τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιν. Lucian. in Anacharside. Morem hunc tangit iterum Lysias in principio Orationis de Milite, in Oratione Areopagit. de Oliva, et Lycurgus c. Leocratem Edit. Steph. p. 149. Καὶ ταῦτα, κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείφ πάγῃ συνέδριον. ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἀλικομένοις δίκαιαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. πρὸς δ' δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέπουτας μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἕξω τοῦ πράγματος λέγουσιν. Add. Poll. VIII. 10. Προοιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ οἰκτιρίζεσθαι. et Aristot. Rhetor. in it. Athenis quoque "vetari actorem affectus movere, et recisam fuisse orandi potestatem" memorat Quintilian. II. 16. et VI. 1. "Exemplo legis Atticæ Martiique judicii causæ patronis denunciatur Præco neque principia dicere neque miserationem commovere." Apul. Nescio, annon ex hac disciplina profectum sit, quod Dionys. Halic. observet auctorem nostrum sæpe numero ἀπροοιμιάστως causas suas intulisse. Contrarium omnino Caius l. 1. §. 1. D. de O. I. "Deinde si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta, Judici rem exponere, quanto magis," et quæ sequuntur.

## V.

EN ΑΡΕΙΩΙ ΠΑΓΩΙ ΟΜΟΛΟΓΩΝ ΑΔΙΚΕΙΝ ΑΠΟΘΗΣΚΕΙ ΕΑΝ ΔΕ ΑΜΦΙΣΒΗΤΗ ΕΛΕΓΧΕΤΑΙ. p. 210. ult.

Nam “ Confessus pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur.” L. 1. D. de Confessis. Atque ita rescripsit Imp. Antoninus, “ Confessos in Jure pro judicatis haberi placet.” L. unic. C. de Confessis.

## VI.

ΑΝ ΤΙΣ ΑΝΔΡΟΣ ΣΩΜΑ ΤΡΩΣΗ ΚΕΦΑΛΗΝ Η ΠΡΟΣΩΠΟΝ Η ΧΕΙΡΑΣ Η ΠΟΔΑΣ ΑΥΤΟΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΤΟΥΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΦΕΥΞΕΤΑΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΑΔΙΚΗΘΕΝΤΟΣ ΠΟΛΙΝ Η ΤΡΑΥΜΑΤΟΣ ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΑΝ ΚΑΤΗΗ ΕΝΔΕΙΚΘΕΙΣ ΘΑΝΑΤΩΙ ΖΗΜΙΩΘΗΣΕΤΑΙ. p. 212. S.

De vulnere *cum animo occidendi* inlato judicabat inter alia Curia Areopagitica. Lucian. in Anacharside. Ælian. V. H. V. 15. Demosth. c. Aristocr. et Midiam. Galen. Comment. 1. in Hippocr. Prognost. (ubi verba transponi debent *τοιούτων γούν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῶ Σόλωνι: δικάζειν δὲ τὴν βουλήν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόρου καὶ τραύματος καὶ πυρκαϊᾶς ἐκ προνοίας, καὶ φάρμακον ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς, lege τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς*) Maxim. Prolog. ad Dionys. Areopagit. Hellad. Chrestomath. Poll. VIII. 10. Petit. lib. 7. tit. 1. pagg. 504. 525. qui male binas leges procederit de hac actione, vocabatur *δικη τραύματος ἐκ προνοίας*. Hac lege “ non exitus rerum, sed hominum consilia, ut cum Cicerone loquar, “vindicantur,” aut cum D. Hadriano l. 14. D. ad Legem Corneliam de Sicariis, “ in Maleficis voluntas spectatur, non exitus.” Nam qui alium verberavit per rixam aut in vino, ille tenebatur lege *αἰκίας*, quæ actio erat *privata*, et minoris aestimabatur. Lysias p. 159. 5. οἱ τοὺς νόμους ἐνθάδε ζέντες, οὐκ εἴ τινας μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατέαξαντες τὰς κεφαλὰς, ἐπὶ τούτοις ἤζιωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι — ἀλλ’ ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναι τινὰς ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν, et quæ sequuntur. Similiter in Jure Civili, l. 1. §. 3. D. ad legem Corneliam de Sicariis. “ Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse: et qui hominem non occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida damnandum: et ex  
714 re constituendum hoc. Nam si gladium strixerit, et in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clavi percussit aut cuccuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam ejus, qui in rixa casu magis, quam voluntate homicidium admisit.” Itaque rescripsit Imp. Antoninus l. 1. C. cod. “ Frater vester rectius fecerit, si se Præsidi provinciae obtulerit. Qui si probaverit, non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pœna secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimen enim contrahitur, si et voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quæ ex improvise casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur.” Acute limites ponit inter causas *Κατηγορίας, Αἰκίας*, et *Τραύματος ἐκ προνοίας* Orator c. Cononem, qui locus omnino est conferendus. In hac lege primo restitui vocem *πάγου* ex Cod. MS. deinde docui ista *ἢ τραύματος ἐκ προνοίας* margini fuisse adlita h. p. ἤγουν τραυμ.

ἐκ προνοίας, ut ostenderet adnotator aliquis, qualis esset lex Areopagitica, quam Orator laudat. Nihil ea emendatione verius.

## VII.

ΣΤΡΑΤΕΥΕΣΘΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΤΩΝ ΑΦ ΗΒΗΣ.

Legem hanc *de ætate militari*, quanquam non ea diserte a Lysia laudetur, adduxi, quoniam in nota ad p. 244. illam multo labore viudicavi. P. A. usque ad annum 60 (sive, quod perinde est, ad annum 42 ἀφ' ἡβης) militiae operam dedit. Non ergo Quadragenarii *simpliciter*, ut omnes fere ante me sensere, sed Quadragenarii ἀφ' ἡβης a militia vacabant. Gravissima erat Petiti in hac de re hallucinatio, quam pluribus l. c. redargui.

## VIII.

ΔΟΥΛΟΝ ΜΗΝΥΣΑΝΤΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. p. 274. 6.

Quanquam Athenis *Servo testimonii dictio non erat*, ut discimus ex Comœdia: quanquam itidem Romæ, vel propter *lubricum consilii*, vel *condicionis* infamiam raro ad *testimonii fidem* admittebatur (vid. l. 3. §. 5. D. de Testibus. Rescripserunt enim Imp. Diocletianus et Maximian. "Servos pro Domino, quemadmodum adversus eum interrogari non posse: pro facto autem suo interrogari posse non ambigitur." L. unic. D. eod. Unde Cic. pro Deiotaro, init. "Nam cum more Majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quæri liceat, in qua quæstione dolor veram vocem elicere possit, etiam ab invito etc.), abunde tamen constat in *jure Atheniensi* *publico* atque in Reip. negotiis libertatem Servis sponderi indicia facientibus, dummodo vera esse comparuerint. Vid. Lysiam pag. 187. ed. Reisk. et Andocid. p. 2, 3. Edit. Steph. ubi Alcibiadis facinora deferebant maxime Servi. Non pœnitebant enim Remp. *admoneri* suæ salutis vel ab infima plebecula: *fidem* rerum gestarum non nisi ab ingenuis accipere voluit. Male hanc partem Juris Attici neglexit, quem tamen ob diligentiam summopere miror, Sam. Petitus.

## IX.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΡΧΗΝ ΕΝ ΣΥΝΕΔΡΙΩΙ ΛΟΙΔΟΡΗΙ ΖΗΜΙΩΣΑΙ. p. 320. ult.

Vertitur, *Si quis Magistratû forum agenti maledixerit, multa ei inrogator*. Tu verte, *Siquis omnino in Foro convicia fecerit, multa ei inrogator*. Quantum nostro ingenio debeat Lex ista, malui ex loco disci adlegato, quam hic repetere. Repetam tamen perpauca. (1.) Qui legem adducit, deferebatur quod *in Foro* λοιδορήσε, non quod Magistratui convicia fecerit. (2.) Cum legem alibi in b. oratione adducat, vel rem gestam narret, de *loco* (quod est præcipuum caput legis) omnia; de *persona* nihil. Τοῦ μὲν νόμου διαρρήδην ἀγορεύοντος τοὺς ἐν τῷ συνέδριῳ λοιδοροῦντας ζημοῦν. Et rursus p. 325. 8. εἰ γὰρ φανερός εἴμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον, ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐν τῷ πλημμελοῦντας ἀγορεύει τὴν ζημίαν δφείλειν. (3.) Solo, qui *gravissimam* pœnam statuit eis qui *ubivis* Magistratui convicia fecissent (erat enim vel ἀτιμία juxta Demosthenem, juxta Ulpianum mors ipsa), non utique *leviorem* (mulctam sc.) statuerit eis qui conviciarentur eidem *in Foro* atque in *jure* dicundo. Nam sec. Paul. Sentent. Recept. §. 10. tit. de Injuriis: "Atrox injuria aestimatur aut



loco, aut tempore, aut persona." Et similiter Papian. Responsorum libro tit. 5. " Si quis forte temerarie aut vulnus aut fracturam ossium infligerit, aut in convicia atrocia forte proruperit, solutio vel vindicta pro facti ipsius qualitate in iudicis arbitrio et æstimatione consistat secundum regulam Gaii sub tit. de injuriarum actione. Est enim gravis, quæ in 715 publico, vel *in foro*, vel ab humiliore persona illustriori inferitur." Ita l. 7. §. D. de injuriis. " Atrociem autem injuriam aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri Labeo ait. Persona atrocior injuria fit, ut cum Magistratui, cum Parenti, Patrono fiat. Tempore si ludis et in conspectu. Nam *Pratoris in conspectu* an in solitudine *injuria* facta sit, multum interesse ait: quia atrocior est, qua in conspectu fiat." Add. l. 16. §. 4. D. de poenis. (4.) Exstat Lex Solonis a Plutarcho in ejus vita laudata, quæ omnia omnino convicia *ἐν δικαστηρίοις* et *ἀρχείοις* repressit eodem poenæ genere quod hic memoratur. (5.) Denique *ἀρχὴν* vel *τὴν ἀρχὴν* commode *εἰρησὶ* potest per *ομαινισ*, ut pluribus. l. c. ostendi, quibus addas istud Luciani V. Hist. iiii. γράφω τοίνυν περιὼν μήτ' εἶδον, μήτ' ἔπαυον. μήτε παρ' ἄλλων ἐπιστόμην. ἔτι δὲ μηδὲ ὄλωσ ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων.

## X.

ΤΟΝ ΛΕΓΟΝΤΑ ΚΑΚΩΣ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ ΕΑΝ ΜΗ ΑΠΟΦΑΙΝΗΙ ΩΣ ΕΣΤΙ ΑΛΗΘΗ ΤΑ ΕΙΡΗΜΕΝΑ. p. 373. 2.

Videtur ergo ex hoc jure *veritas convicii conviciantem excusare*. Quædam autem fuerunt convicia, quæ diserte Lex vetabat, ut ex proxima constitutione discimus. Ea autem vocabantur ἀπὸ ῥήτων.

## XI.

ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ ΤΙ ΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΤΩΝ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΟΦΕΙΛΕΙΝ

οἷον

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΝ ΜΗ ΛΕΓΕΙΝ.

ΤΟΥΣ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΠΑΤΕΡΑΣ ΜΗ ΚΑΚΩΣ ΛΕΓΕΙΝ ΤΕΘΝΕΩΤΑΣ.

ΠΑΤΡΑΛΟΙΟΝ Η ΜΗΤΡΑΛΟΙΟΝ ΜΗ ΕΙΠΕΙΝ.

ἘΑΝ ΤΙΣ ΦΑΣΚΗ ΑΠΟΒΕΒΑΗΚΕΝΑΙ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΥΠΟΔΙΚΟΝ ΕΙΝΑΙ.

Collegi hæc capita τῶν ἀπορρήτων ex oratione κατὰ Θεομνήστον, p. 339. atque ibidem nonnulla vindicavi. Oratio illa plurimas leges continet alibi vix reperiundas. Sunt autem, quæ sequuntur.

## XII.

ΑΤΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΤΑ ΟΠΛΑ ΑΠΟΒΕΒΑΗΚΟΤΑ.

Collig' ex his verbis, p. 342. 1. Λυσίθεος Θεόμνηστον εἰσηγγελλε τὰ ὄπλα ἀποβεβληκότα, οὐκ ἀξίων αὐτὸν (ita lego pro ἐξὼν αὐτῷ) δημηγορεῖν. Ita in lege, quæ titulum habuit ΔΟΚΙΜΑΣΙΑ ΡΗΤΟΡΩΝ et laudatur ab Æschine c. Timarchum. Et hæc erant ἀτιμίας species. Porro Andocides de Mysteriis cum recenset eos, ὧν τὰ μὲν σώματα ἄτμα ἦν, τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτηντο, habet καὶ ὁπόσαι λίποιεν τὴν τάξιν, ἢ ἀστρατείας, ἢ δειλίας, ἢ ἀναυμαχίῳ ὄφλοιεν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβάλοιεν. Gravius adhuc in militia Romana. " Miles, qui in bellō arma amisit vel alienavit, capite punitur: humane militiam mutat." l. 3. §. 14. D. de re militari.

## XIII.

Ο, ΤΙ ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΠΟΛΕΣΗ, ΕΑΝ ΜΕΝ ΑΥΤΟ ΛΑΒΗ ΤΗΝ ΔΙΠΛΑΣΙΑΝ ΚΑΤΑΔΙΚΑΖΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΤΗΝ ΔΕΚΑΠΛΑΣΙΑΝ ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ ΕΠΑΙΤΙΟΙΣ· ΔΕΔΕΣΘΑΙ Δ' ΕΝ ΤΗ ΠΟΔΟΚΑΚΚΗ ΤΟΝ ΠΟΔΑ ΠΕΝΘ' ΗΜΕΡΑΣ ΚΑΙ ΝΥΚΤΑΣ ΊΣΑΣ ΕΑΝ ΠΡΟΣΤΙΜΗΣΗ Η ΗΑΙΑΙΑ ΠΡΟΣΤΙΜΑΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΝ ΒΟΥΤΑΣΜΕΝΟΝ ΟΤΑΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙΜΗΜΑΤΟΣ ΗΙ.

Primus hic restitui ποδοκάκκη pro ποδοκάκη. Male hic quoque in Editis Lysiae p. 356. ult. pro ήμέρας πέντε, ήμέρας έκα, et pro εαν μιν προστιμήσῃ, εαν μη προτιμήσῃ. Exstat integra Lex apud Demosth. c. Timocr. unde descripsit Petitus L. 7. Tit. 5. de Furtis. Nam de Fure diurno agitur, quem *dupli pœna vindicari* voluit Solo, ut discimus ex Gellio XI. 18. Posterius membrum, quod solum apud Lysiam legitur, explicat, quatenus sc. per menda potuit, idem Petitus L. 4. Tit. 9. de pœnis, ratus alterius legis fragmentum esse. Quod secus est.

Sequitur

ΕΠΕΓΓΥΑΙΝ ΕΠΙΟΡΚΗΣΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩ· ΔΕΔΙΟΤΑ ΔΕ ΔΙΚΗΣ ΕΝΕΚΑ ΔΡΑΣΚΑΖΕΙΝ.

*Fide jubeto juratus Apollinem — fugerit sibi metuens litis causa.* Petit. Nemo ex his sensum elicere quivit. Memor esto Lysiam in h. loco p. 359. 5. non leges ad usum forensem citare, verum legum particulas, quæ antiquatas aliquas et vetustate obsitas continerent loquendi formulas. Ita in superiori ποδοκάκκη erat Soloni, quod in Lysiae ætate εν τῷ ξύλῳ δεδίσθαι. Hic έπιορκήσαντα est όμόσαι, et δρασκάζειν άποδεδράσκειν. Habes ergo duarum legum fragmenta.

## XIV.

ΕΠΕΓΓΥΑΙΝ ΕΠΙΟΡΚΗΣΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩ.

## XV.

ΔΕΔΙΟΤΑ ΔΙΚΗΣ ΕΝΕΚΑ ΔΡΑΣΚΑΖΕΙΝ.

Spectabat fortasse hoc postremum ad solennitatem judicii Areopagici, ubi Reus post priorem defensionem (nam bis dicere potuit) si causæ suæ diffidebat, tuto se fuga subduxit. Τὸν πρότερον έξέστιν ειπόντα λόγον μεταστῆναι· καὶ οὐθ' ό διώκων οὐθ' οι δικάζοντες, οὐτ' άλλων ανθρώπων οὐδεις κύριος κωλύσαι. Demosth. c. Aristocr. Add. Poll. VIII. 9. tit. περι Πωλητῶν. et VIII. 10. init. Apud Suid. in Έν ύλῳ δρασκάζειν vox ea exponitur *latitare*. Apud Hesych. utrumque et *aufugere* et *latitare*, Δρασκάζειν κρύπτεσθαι, άποδεδράσκειν. Corrige eundem in Δραγκάζειν. κρύπτειν, i. e. Δρασκάζειν.

## XVI.

ΟΣΤΙΣ ΑΠΕΙΛΑΛΗ ΤΗΙ ΘΥΡΑΙ ΕΝΔΟΝ ΤΟΥ ΚΛΕΠΤΟΥ ΟΝΤΟΣ.

*Quicumque a janua prohibuerit, cum fur intus esset.*

Vulg. άπίλλῃ, p. 359. ult. quod emendavimus. Furtum facere videtur, qui furi exitum et salutem parat, ceteros a foribus arcendo.

## XVII.

ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΕΦ' ΟΠΟΙΟΝ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ Ο ΔΑΝΕΙΖΩΝ. p. 360. 3.

*Usurarum modus est pro arbitro feneratoris.*

Atticorum leges usurariae, quarum hæc videtur esse antiquissima, erudite a Salmasio explicantur, et maximo cum eruditionis apparatu. Quem tu interea consulas. Sequitur

ΟΣΑΙ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΤΗΝ ΔΟΥΛΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ. p. 561. 1.

*Quæ publice prostant, etiam servorum injuria obnoxia sunt. Petit.*

Vulg. apud Lysiam ὅσοι. Verum tu totum ita distinguas et corrigas.

## XVIII.

ΟΣΑΙ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΟΛΟΥΝΤΑΙ.

καὶ

## XIX.

ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΔΟΥΛΗΣ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ. p. 362. 1.

Prior particula pertinet ad istam legem, quam adduxit alicubi Demosthenes. PRO MOECHO NE DEPREHENDITOR IN MERETRICE QVAE VEL IN LYRANARI QVAESTVM FECERIT VEL PVBLICE PROSTITVERIT. Vel etiam spectare potest ad aliam a Plutarcho laudatam. 'Εάν τις προαγωγεύη, ζημίαν είκοσι δραχμάς έταξε [Solo] πλήν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται. Quod ad alterum pertinet membrum, id, cum tota lex nusquam, quod sciam, legatur, explicationem meam non admittit. Spectat procul dubio ad jura famulorum famularumque. Οίκήος καὶ δοῦλης. Nam prorsus utique inficeta est lectio vulgata, Οίκήος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν.

## XX.

ΟΣΟΙ ΕΑΝ ΜΑΧΗΣ ΟΥΣΗΣ ΕΙΣ ΤΟΥΠΙΣΩ ΑΝΑΧΩΡΗΣΩΣΙ ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΑΝ ΕΝ ΤΗ ΠΕΖΗ ΣΤΡΑΤΙΑΙ ΜΗ ΠΑΡΩΣΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΥΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ ΔΙΚΑΖΕΙΝ. p. 520. ult.

Solonis leges contra τὸν ἀστράτευτον, contra τὸν λειποπότα τὴν τάξιν, et contra τὸν δειλὸν (εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαί· καίτοι θαυμάσειεν ἂν τις ὑμῶν, εἰ εἰσὶ φύσεως γραφαί· εἰσὶ. ut loquitur Orator. c. Ctesiph.) laudat idem Ibid. Poena erat ἀτιμία. Ἀστρατείαν, Δειποτάξιον et Δειλίαν, ut quæ specie differant, recenset Andocides, cujus verba legas supra Leg. XII. Vide, quæ de hac re conscripsit eruditissimus Marklandus ad has orationes c. Alcibiadem. De legibus, quæ Ignaviam coerceant, nonnulla adnotavit Spanheim. ad Julian. Orat. p. 239. De jurisdictione et potestate τῶν στρατηγῶν doctissimus Perizonius ad Ælian. V. Hist. V. 13. Ἀστρατείας iex erat apud Longobard. L. 1. Tit. de Exercitalibus, l. 14. SI QVIS LIBER HOMO, CONTEMPTA IVSSIONE NOSTRA, CETERIS IN EXERCITV PERGENTIBVS, DOMI RESIDERE PRAESVMPSERIT, PLENVM HERIBANNVM SECVNDVM LEGEM FRANCORVM, ID EST XL SOL. SCIAT SE DEBERE COMPONERE. Δειποτάξιον apud eosdem lex proxima, SI QVIS CONTVMAX ADEO AVT SVPERBVS EXTITERIT, VT DIMISSO EXERCITV ABSQVE IVSSV



ET LICENTIA REGIS DOMVM REVERTATVR ET QVOD NOS TEVDISCA LINGVA **HERJLIȚ** FECERIT, VT IPSE SIT REVS MAIESTATIS, VITAE PERICVLVM INCVRRET, ET RES EIVS FISCO NOSTRO SOCIENTVR. Quid ea ætate fuerat *exercitum dimittere*, optime explicat Capit. Karoli et Ludov. Imp. lib. 3. tit. 70. QVICVNQVE ABSQVE LICENTIA VEL PERMISSIONE PRINCIPIS DE HOSTE REVERSVS FVERIT, QVOD FACTVM FRANCI **HERJLIȚ** DICVNT, VOLVIMVS, VT ANTIQVA CONSTITVTIO, ID EST, CAPITALIS SENTENTIA, ERGA ILLVM PVNIENDVM CVSTODIATVR. Vice hujus legis in nonnullis Exemplaribus leguntur, quæ proxime ex Longobardorum constitutionibus descripsimus.

## XXI.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΔΟΚΙΜΑΣΤΟΣ ΙΠΠΕΥΘΙ ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ. p. 523. 3.

717

Eadem pœna, quæ militiæ munera detrectantem, quæ ordinis sui desertorem in bello, quæ ignavum et timidum sequebatur, in eos etiam interrogabatur, qui ex gravi armatura (ubi laboris et periculi plus erat) se in numerum Equitum sine legitimo defectu contulerint. Quæ hic adduxi, verba sunt legis solennia: quæ in superiori commate potius sunt Oratoris legem explicantis. Jussit sc. Lex, ut infamia notaretur, qui *ἀδοκιμαστος ἰππεύῃ*. Inde infit Lysias, eodem reatu teneri, qui in bello ordinem suum propter ignaviam deseruerit, et qui in gravi armatura (*ἐν τῷ πεζῷ στρατιᾷ*) Equitibus nondum legitime adscriptus, non comparuerit.

## XXII.

ΜΗΔΕΝΑ ΣΙΤΟΝ ΠΛΕΙΩ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΦΟΡΜΩΝ ΣΥΝΩΝΕΙΣΘΑΙ. p. 716. ult.

*Ne quis omnino ultra L phormos frumenti mercetur.*

Lex erat contra annonam incendientis, et capite plectebat si quis *annonam compresserit*. *Compressam enim annonam* vocat Livius l. 48. quum precium per coemptionem auctum fuerit. *συμπριμένους καταδέσθαι* vocat noster infra. *Annonam flagellare* Latini. Ita fere Martial. V. 13.

“ Quippe rogabatur fidusque vetusque sodalis,

Et cujus laxas arca *flagellat* opes.”

Athenis ergo non licuit, conjuratione facta, ultra L. phormos coemere; ne observata caritate, mari intercluso, eam annonam, quam minoris coemissent, pro suo arbitrio venum darent. Solebant enim Dardanarii, ut auctoris nostri verbis utar, navigatione intercepta portubusque oclulis, *ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς ἐπιβουλεύειν τῇ πόλει ἐν οἷσπερ οἱ πολέμοι*. p. 722. 2. Observare Reipublicæ calamitates id erat apud Romanos *Jctos Annonam adtentare*, quorum in jure ab hujusmodi insidiis et avaritia, non ea tamen severitate, qua apud Atheniensis, lege cautum erat. “ Annonam adtemptare et vexare vel maxime Dardanarii solent: quorum avaritiæ obviam itum est tam Mandatis, quam Constitutionibus. Mandatis denique ita cavetur. Præterea debetis custodire, ne Dardanarii ullius mercis sicut: *ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt*, aut a locupletioribus, qui fructus suos æquis precii vendere nollent, dum minus uberes proventus exspectant, annona oneretur. Pœna autem in hos varie statuitur: nam plerumque si negociantes sunt, negociatione eis tantum interdicitur: interdum et relegari solent, humiliores ad opus publicum dari.” l. 6. in prin.

D. de extraordinariis criminibus. Item l. unic. C. de Monopoliis. “Jubemus, ne quis — monopolium audeat exercere, neve quis illicitis habitis conventionibus conjuret aut paciscatur, Ut species diversorum corporum negociationis non minoris, quam inter se statuerint, veniuntur.” Crimine stellionatus tenebantur hujusmodi malefici. “Qui merces suppressit, specialiter hoc crimine postulari potest.” l. 3. D. de crimine Stellionatus. Placuit ergo extra ordinem plectere, ut ait Ulpianus l. 2. D. cod. “Poena autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit. Solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hęc poena in piebecis egredi: in his autem, qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio remittenda est.” Athenienses, quibus contra annonæ incendium providendum erat maxime, (quanquam enim frumenti sationem, ut gloriantur, ceteras nationes docuere, πλείστῳ tamen ἀπάντων ἀνθρώπων ἐπεισάκτῳ σίτῳ utebantur) ceteris rebus venalibus quibuscunque magistratus, quos ἀγορανόμους vocabant, præfereere, ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς Σιτοφύλακας constitutebant: καὶ πολλάκις (inq. ille) παρ’ ἐκείνων πολιτῶν ὄντων δίκην τὴν μεγίστην ἐλάβετε, ὅτι οὐχ οἰοίτ’ ἦσαν τῆς τούτων πονηρίας ἐπικρατῆσαι. p. 722. ult. Unde elicitur (quanquam et alibi constet, supra enim, Εἰπέτε μοι, μέτοικος εἶ; Ναί. Μετοικεῖς δὲ πότερον κ. τ. λ. p. 715. 3.) nonnullus quæstus adeo civibus Atheniensibus interdici, cujusmodi erat hęc frumentaria, ut non visi ab Inquilinis exerceri poterant: nonnullas item mancipiis ablegari. Ita in Veterum didascalii auloedi vel tibicines nunquam ex Civibus. Inscriptiones apud Fulv. Ursinum:

ΑΙΓΗΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ  
ΕΥΑΓΓΙΔΗΣ ΚΤΗΣΙΟΥ ΦΙΛΑΙΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ  
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ ΗΥΛΕΙ  
ΧΑΡΙΛΑΟΣ ΔΟΚΡΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ  
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ ΗΡΧΕΝ.

718 Et alibi apud eundem,

ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣ ΗΥΛΕΙ.

et

ΕΥΙΟΣ ΧΑΛΚΙΔΕΥΣ ΗΥΛΕΙ.

et

ΘΕΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ.

Ejusdem condicionis proculdubio fuit, cujus memoriam conservavit Marmor apud Sponium,

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ  
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ ΘΕΩΝ ΗΥΛΕΙ  
ΛΥΣΙΑΔΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ ΕΤΑΙΝΕΤΟΣ ΗΡΧΕ.

Ita, ἀυλείτῳσαν οὖν ἔφη [Alcibiades] Θηβαίων παῖδες· οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι· ἡμῖν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις etc. Plutarch. in Alcibiade. Ita Ἀντιγενίδας Σατύρου Θηβαῖος ἀθλητὴς Φιλοξένου. Suid in voc. Videtur omnino idem esse, quem memorat Noster in Orat. πρὸς Νίκαρχον τὸν ἀθλητὴν, uti laudatur ab Ἡρακράτῳ. Steph. Byzant. v. Ἀραβία. Ὡς ἡ παροιμία Ἀράβιος ἀθλητῆς, ἦν ἔταπτον ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγόμενων. ἢ διὰ τὸ μηδένα Ἑλλήνων διασκεύασσθαι τὴν ἀθλητικὴν, ὡς οὖσαν βάνουσον, καὶ παντελῶς ἀνελεύθερον, ἀλλὰ βαρβάρους ἀθληταῖς χρῆσθαι· Διὸ καὶ Ἀράβιος ἀθλητῆς, ὅς

Δραχμῆς μὲν ἤλει, τεττάρων δ' ἐπαύετο.

Vile ergo apud Antiquos Musicæ omnis ministerium, uti præsumit Aristot. Polit. I. 1. ὄπως εἰ αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταί, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιδάριζεν, οὐδὲν ἂν ἔδει οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ἐπηρητῶν, οὔτε τοῖς δεσπόταις δούλων. Verum hæc, inquit, extra oleas. Volui autem aliis dispiciendum proponere, quare Athenis solis Dardanariorum quæstus illiberalis haberetur, et ingenuo homine indignus. Nunc redeo.

## XXIII.

ΤΟΥΣ ΤΑ ΑΠΟΛΛΥΜΕΝΑ ΤΟΙΣ ΚΛΕΠΤΑΙΣ ΣΥΝΕΙΔΟΤΑΣ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ  
ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. p. 832. pen.

Quoniam videtur furti conscius *opem* suam, aut saltem *consilium* adhibuisse. Ait vero Paulus Sent. Recept. l. 2. tit. de furtis §. 10. “Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cujus ope aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.” Nam, “Peditus ait, sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec consilium vel opem ferre sine dolo malo posse.” l. 50. §. 2. D. de furtis. Atque ita in legibus Wisigothorum lib. 7. tit. de furibus et furtis §. 7. “Non solum ille, qui furtum fecerit, sed etiam quicumque *consciens* fuerit, vel furtim ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur, et *simili vindicta subjaceat.*” Frustra hanc juris particulam in Petiti commentario diutius quæsi.

## XXIV.

ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΙ ΟΥΚ ΕΞΕΣΤΙ ΔΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΤΗ ΑΡΧΗ ΤΗ ΑΥΤΗ.  
p. 865. 1.

Triginta dies, et quod excurrit, scribatus munere fungi cautum erat. Iterum sub eodem Prætoris ad id officium admoventi non poterant. Tam sedulo sibi cavit a ministris publicis Civitas Atheniensium.

## XXV.

ΟΡΚΟΣ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ.

ΤΑ ΒΕΛΤΙΣΤΑ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΣΕΙΝ ΤΗ ΠΟΛΕΙ.

ΑΠΟΦΑΙΝΕΙΝ ΕΙ ΤΙΣ ΤΙΝΑ ΟΙΔΕ ΤΩΝ ΛΑΧΟΝΤΩΝ ΑΝΕΠΙΤΗΔΕΙΟΝ ΟΝΤΑ  
ΒΟΥΛΕΥΕΙΝ.

Hæc capta p. 887. 5. Secundum a Petito negligitur.

## XXVI.

ΕΙ ΤΙΣ ΦΡΟΥΡΙΟΝ ΤΙ ΠΡΟΥΔΩΚΕΝ Η ΝΑΥΝ Η ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΟΝ ΤΙ ΕΝ ΩΙ ΜΕΡΟΣ ΤΙ  
ΕΤΥΓΧΑΝΕ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΤΑΙΣ ΕΣΧΑΤΑΙΣ ΖΗΜΙΑΙΣ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ. p. 886. 2.

Quemadmodum in jure Romano, “Proditores, transfugæ, plerumque capite puniuntur et exauctorati torquentur: nam pro hoste, non pro milite, habentur.” l. 7. D. de re militar. Quod Jus Atticum *ἑσχάταις ζημίας*, Romanum *Capite*. Aliquando eadem loquendi sollemnitas in utroque jure conspicitur. Celsus enim l. 21. D. de pœnis, ait, “*Ultimum supplicium* mortem solam interpretatur.”



## XXVII.

ATIMON EINAI TON EN STASEI POLEWS MHΔETEPAI MERIDI ΠΡΟΣΘΕΜΕΝΟΝ.  
p. 869.

719 Memorat hanc legem Solonis, recte tamen ait a posteris reprobari, Plutarchus de solertia Animalium, in libro de sera numin. vindict. et in Solone. Memorat etiam Cic. 10. Epist. ad Attic. 1. “Ego vero Solonis popularis tui, ut puto, etiam moi, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterius utrius partis fuisset.” Memorat etiam Gellius II. 12. et Alexander Aphrodisiensis in Topic. Aristotel. In eo jure vertitur oratio Lysiae c. Philon. qui tamen jus istud potius *moribus* fuisse receptum innuit, quam *scriptis* sancitum. Sed contrariae fuisse sententiae video Gellium l. c. “In legibus Solonis illis antiquissimis, quae Athenis axibus ligneis incisae sunt, legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam: SI OB DISCORDIAM DISSENSIIONEMQVE SEDITIO ATQVE DISCESSIO POPVLI IN DVAS PARTIS FIERET, ET OB EAM CAVSAM IRRITATIS ANIMIS VTRINQVE ARMA CAPIENTVR, PVGNABITVRQVE, TVM QVI IN EO TEMPORE IN EOQVE CASV CIVILIS DISCORDIÆ NON ALTERVTRI PARTI SESE ADIVNXERIT, SED SOLITARIVS SEPARATVSQVE A COMMVNI MALO CIVITATIS SECESSERIT, IS DOMO PATRIA FORTVNISQVE OMNIBVΣ CARETO EXSVL EXTORRISQVE ESTO.” Optima ratione videtur a Solone institui, ne quis publicam salutem privatis suis rationibus posthaberet. Quid enim esse potest tam incivile, quam domi desidem suis fortunis invigilare, ab omni periculo semotum, et communi incendio patriæ minime exturbatum; sibi soli se nasci arbitratum, et περιμένοντα, ut Plutarchi verbis utar, ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων? Quibus si non Solo, communis hominum consuetudo et res ipsa ἀτιμίαν inuississet. Merito enim utrisque displicet qui utrisque minime displicere satagit. Id suadet ratio et comprobavit usus. Atque hæc hæctenus.

## CAP. XII.

Lysias emendatur sapius. Εἰς τὸν χλωρὸν τόπον. Emendatur Hesychius, Philo Judeus, Marcianus in Digestis, et Terentianus Maurus denique plurimis in locis.

SUPREMUH hic Commentarius et spicas leget, et veniam, si quid commeriui, pro me deprecabitur. Nemo nostrum erat, quem non misere cruciavit desperatissimus ille locus in oratione, quæ habita est c. Alcibiad. Οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὦν παρ' Ἀχεδῆμυ τῷ Γλάμωνι, οὐκ ὀλίγα τῶν ἡμετέρων ἀφηρημένω, πολλῶν ὀρώντων, ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτοματί κατακείμενος, ἐκώμαζε μεθ' ἡμέραν, ἀνηβος, ἐταίραν ἔχων, μιμούμενος τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους, et quæ sequuntur. p. 536. 1. Hodie hariolandi finem facio, ceterosque omnis ut vacuo sint animo jubeo. Lego etenim, ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενος. Lucianus in *vitæ auct.* Καὶ γὰρ οὐ τῶν σωματικῶν ἐραστής εἰμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγοῦμαι καλήν. ἀμέλει, κἴν ὑπὸ ταύτῳ ἱματίῳ κατακείμενος. Athenæus l. I. non procul ab initio, Ἀριστοτέλης ἐν Τυρρῶνῶν νομίμοις. Οἱ δὲ Τυρρῶνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ

ἰματίφ. Hæc fueram commentatus, atque idem sibi in mentem venisse literis ad me datis significavit, adducto etiam Luciani loco, Vir præstantissimus, cui plurimum et Ego, et Tu, Lector, debemus, Jer. Marklandus. In fine orationis c. Panleon. legitur p. 738. 1. Ἐὰν γὰρ διαμνημονεύητε, οἷδ' ὅτι τὰ τε δίκαια καὶ τὰ ληθῆ ψηφισθε, καὶ ἂ ἐγὼ ὑμῶν δέομαι. Quod et salve legitur, neque facile displicere potest, Ἀττικώτερον tamen longe εἶ οἷδ' ὅτι. Familiarissimum loquendi genus, quod Oratores Attici non temere omitunt. Noster certe hoc in loco non omisit, ubi inter voces διαμνημονεύητε et οἷδ' infelix illa vocula εἶ sita (ΔΙΑΜΝΗΜΟΝΕΥΗΤΕΥΟΙΣ) describentis aciem facile effugit. Ita in altero loco consimili, in Orat. sc. c. Agorat. p. 473. 6. Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδείξαι, ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστὶ τοῦ θανάτου. κἄν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδείξαι. Ubi legendum esse monui (literis non aliunde accersitis, verum earundem quibusdam repetitis, quæ propter adfinitatem cum proximis inter exarandum negligebantur) Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδείξαι, ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστὶ τοῦ θανάτου· ὃ οὐκ ἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδείξαι. Orationem c. Tyrannum Eratosthenem habitam ad popularis 720 suos hisce verbis claudit Lysias. p. 447. 1. Παύσομαι κατηγορῶν. ἀκηκόατε. ἰωράκατε. πεπόνθατε. ἔχετε. ἐκάζετε. Huc adludit procul dubio Aristoteles Rhetoric. 3. extrem. Τελευτῆ δὲ τῆς λέξεως ἀρμόττει ἢ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος, ἀλλὰ μὴ λόγος ἢ εἴρηκα. ἀκηκόατε. ἔχετε. κρίνατε. Porro ut exempla mutuatus sit magnus ille artifex dicendi ex Auctore nostro (mutuatur autem sæpenumero, neque tamen vel semel nomine laudat) ita aliquando imitari studuit Romanæ Eloquentiæ princeps Cicero. Ita quod ineunte hac ipsa oratione dixit Lysias, p. 381. 1. Οὐκ ἄρξασθαί μοι δοκῆ ἄπορον εἶναι, ὃ ἄνδρες δικάσται, τῆς κατηγορίας, ἀλλὰ πάσασθαι λέγοντι. id adumbravit Cic. pro lege Manii. non procul ab initio: “Hujus autem orationis difficilior est exitum quam principium invenire.” Plura dabit Victor. Var. Lect. XX. 16. et Muret. XIX. 20. Eadem oratione locus iste, p. 415. 7. Καὶ Βάτραχος, καὶ Δίσχυλιδης οὐ τὰ ληθῆ μνηύουσιν, ἀλλὰ τὰ ληθῆ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι, ita emendabatur, me insciente, ab Herald. Animadv. in Salmas. III. 7. 4. καὶ Β. καὶ Α. οὐ τὰ ληθῆ μνηύουσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι. Acute quidem, neque incredibile est, istud τὰ ληθῆ repetitum fuisse ex superioribus. De Meursio, Schotto, et Palmerio nonnulla, qui ante me hoc saxumolvebant. Meursium dixi, p. 271. not. errore meo in Attic. Lect. IV. 7. et de Archontibus III. 16. Prætoris Atheniensis nomen apud Lysiam emendasse. Quod ad priorem locum spectat, id secus est, nam ibi neutiquam emendat. Ille tamen Attic. Lect. II. 14. qui locus me omnino latuit, lacunam in oratione c. Alcibiadem supplere voluit p. 560. 4. Ὁ δὲ Πολέμαρχος καὶ οἱ τὰ δέησονται. legendo nimirum Ὁ δὲ Πολέμαρχος καὶ οἱ παρ' ἐδρῶν δέησονται. Ad quem locum conjeci στρατηγοὶ, Marklandus ταμίαι. Nonnulla tentaverat ad Lysiam Andr. Schottus in libro, qui inscribitur, *Observationes humanæ*, qui mihi serius in manus venerat, quam ut singula suis in locis insererem. Ille, ut videtur ex Observat. IV. 5. postquam auctorem nostrum in gratiam Iod. Vander Heidii amici et contubernalis recensisset, interea dum sub prelo sudaret, locum tum intacta his Observationibus immiscuit. Ille itaque l. c. Harpocratonis auctoritate adductus orationem c. Andocidem vindicavit, atque, uti nos olim, ab initio supplavit. p. 188. Deinde sua hariolatione

non contentus, qua Heidlī editionem beavit, locum istum asperrimum in orat. c. Theomnest. p. 353. ita legit: Οὐκοῦν ἀτοπον ἀν εἶη τὸν φεύγοντα φάσκοντα ἀνδροφόνου εἶναι, δεῖξαι καὶ ἀπολογῆσαι, ὅτι ὁ διώκων ὡς ἔκτεινε διωρόσατο: et statim pro κατηγορίας, legit κακῆγορίας, et pro εἶπέ τις σε, εἶπόν τι σε. Idem IV. 9. pro Αἰδησον, p. 108. quæ fuit H. Stephani importunissima conjectura, veterem lectionem mecum ex Thucydide confirmat. Cetera habes suis in locis. Palmerii denique veniam oratam velim, qui voces Πωρίνου Σελίνου in Andocidis Vita ex Plutarcho, me nesciente, expediverat: cui igitur laudem resigno meæ conjecturæ, quæ legitur harum Lectionum cap. 5. His igitur valere jussis, restat, ut cetera persequar, quæ habeo dicenda. In oratione c. Panleonem fugitivum servum dicitur εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν, p. 733. 2. i. e. ad *Forum Casei recentis*, locum sc. ubi venum darentur, Attico dicendi genere et elegantī. Poll. IX. 5. Βιβλία· οὕτω τὸν τόπον, οὗ τὰ βιβλία οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον. ὡσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων, ὡς εἰ φαῖεν, ἀπήλθον εἰς τοῦψον, καὶ εἰς τὸν οἶνον, καὶ εἰς τοῦλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας, καὶ κατὰ τὸν Εὐπολιον, περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὸν λιβανωτὸν καὶ εὐθὺ ἀρωμάτων, καὶ περὶ τὰ γέλγη. Et 10. 11. οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον· λέγοντες, εἰς τοῦψον· καὶ εἰς τὰ μύρα καὶ εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν· καὶ εἰς τὰ ἀνιράποδα. Ita Æsch. c. Timarch. p. Edit. Steph. 9. Τίς γάρ ἡμῶν ὅς οὐ πρόποτε εἰς τοῦψον ἀφίκται καὶ τὰς ἑαπάνας τὰς τούτων οὐ τεθεώρηκεν; Alexis Comicus apud Athenæum I. 3. p. m. 53.

Τοῖς ἰχθυοπόλαις ἔστιν ἐψησμένοιον,  
 "Ὡς φησι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα  
 Στῆσαι Παναθηναίσιον ἐν τοῖς ἰχθύσιον  
 Ἐχουσαν ὀπτὸν κάραβον ἐν τῇ δεξιᾷ.

Aristoph. Vesp. 784.

—δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν  
 Ἐλθὼν διεκερμάτιξέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιον.

σχ. ad loc. ἐν τοῖς ἰχθυοπόλαις, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς πωλοῦντας εἰπών.  
 Id. Av. 13.

Ἦ δεινὰ γὰρ δέδρακεν οὐκ τῶν ὀρνέων  
 Ὁ πινακοπόλης Φιλοκράτης μελαγχολῶν.

σχ. Οὕτως ἔλεγον καὶ ἐπὶ τῶν τόπων, ἀντὶ τοῦ, ὀρνεοπωλείων. ὡς τῶν χυ-  
 721 τρῶν, ἀντὶ τοῦ, χυτροπωλείων. Ita Hesych. Χύτρα, τὰ χυτροπόλια (I. χυτροπωλεία). Et in Ἰχθύς. Ἀττικοὶ τὰ ἰχθυοπωλεία ἔλεγον. Id. Ran. 1103.

Κᾶν ταῦτα λέγων ἐξαπατήσῃ παρὰ τοὺς ἰχθύς ἀνέκυψεν.

σχ. Παρὰ τὰ ἰχθυοπόλια. τὸ δὲ τοιοῦτον Ἀττικόν. Εὐπολις

Περιῆλθεν εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα.

Id. Equit. 1371.

Ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει, καὶ Στράτων,  
 Τὰ μειράκια ταῦτ' ἐγὼ τὰ ν τῆ μύρη  
 Ἄ στωμυλεῖται τοιαῦτ' καθήμμενα.



Mala fide Interpres, *unguentis illitis*, cum adnotavit σχ. Οὕτως Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ἐν μυροπωλείῳ, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς τόπους καλοῦντες. Theophr. περὶ βδέλυγας. Καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρνα, ἢ τὰ ἀκρόδερμα κ. τ. λ. Eodem modo Euripid. Med. 67.

Ἦκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν  
Πεσσοὺς προσελθὼν —

σχ. ad loc. Ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους πεσσοὺς γὰρ νῦν, τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ὄψον καὶ μύρα, ἐνθα ταῦτα συνήθως ἐστίν. Consulendi sunt Kuster. ad Suid. in Τοῦψον. Fornerius Rerum Quotid. II. 23. Casaub. ad Theophrast. Charact. περὶ ἀναίσθησίας. Græv. Lect. Hesiod. cap. XIX. II. Steph. Append. de Ling. Attic. c. 16. p. 211. Meurs. Attic. Lect. VI. 32. III. ult. et Ceramic. c. 16. Pergo. In Orat. c. Alcibid. p. 531. et in altera, quæ inscribitur Δήμου καταλύσεως, p. 769. not. notavi, qua facilitate Librarii descripserint πραττόμενα et πραττομένων pro προσταττόμενα et προσσταττομένων. Adde, quæ acutissime observavit de ea re Cl. Marklandus ad Orat. XIV. Ita vulgo legitur apud Phil. de vita Mosis l. 2. Τοῦτων τοίνυν (i. e. librorum Mosis) τὸ μὲν ἐστὶν ἱστορικὸν μέρος, τὸ δὲ περὶ τὰς πράξεις καὶ ἀπαγορεύσεις. Ubi legit Cl. Editor, quem honoris causa nomino, προστάξεις καὶ ἀπαγορεύσεις, plane uti in initio ejusdem libri. Πρόσταξις δὲ τῶν πρακτέων καὶ ἀπαγορεύσεις τῶν οὐ πρακτέων, ἴδιον νόμου. Quemadmodum quoque legem definit Chrysippus apud Marcian. l. 2. D. de legib. προστατικὸν μὲν, ὃν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὃν οὐ ποιητέον. Ubi accuratissima Taurelli Editio Pandectarum habet, uti debuit, προστακτικόν. Verum nihil mirum, si Græca, quæ leguntur in Latinis scriptoribus, a Latinis Librariis descripta, fœdissimis mendis scateant. Quantum hodie supersit in Prisciano quantum in Digestis! Luculentissimum exemplum addam ex auctore, quem maximi semper feci, qui, ut cum Mureto loquar, “asperitatem Grammaticarum præceptionum inusitata quadam numerorum suavitate condidit.” Is est Terentianus Maurus, qui de diphthongis disserens hæc habet, 421.

“Quin et Y loco priore *iōta* si subjunxeris,  
Effici Diphthongon unam posse, nec pluris reor,  
Υῖες ut dicunt, ΑΕΙΛΟΤΙΑ *μῦια* et talia.”

Memineris tu primo pro Y Latinorum rescribendum esse Y Græcorum, et *iōta* quasi *Giota* sonari, aliter versus constare nequit, uti nec pariter in iis Trochaicis, quæ sunt in vicinia, 403.

“*Iōta* tantum et Y videmus subditas vocalibus.”

nbi iterum rescribe Y et *Iota* pronuncies, et 451.

“Scribimus siquando *νῖκος*, *iōta* solum sufficit.”

Hæc tamen obiter. Quid Tu tamen sentis de ista voce *ἀειλογία*? Annon est quoddam præclarum? Si adducatur, ut diphthongum *vi* representet (quo pacto hic adduci video *Υῖες* et *μῦια*), frustra est: quoniam representat nihil minus. Si non exempli loco, sed veluti epitheton muscæ, ut voluit Enarrator ad locum, quid est ab omni Græcismo alienius? Quocumque denummodo allegetur, legem metri violat. Nam præterquam quod ejus

penultima nulla *libertate Græcorum*, nullo *musarum favore* produci possit, tamen sive *pausam metri Trochaici* aperte violat. Vix enim *metricus auctor* in legibus condendis legem metri violaret, vix *suam*, qui v. 314. modum sibi ipsi constituisset,

“Regulam servans ubique *finis* ut *quarti* pedis  
Nominis verbive *fine* (comma primum terminet:  
Hac enim toma probatur) metron hoc trochaicum.”

Quid ergo? Tu sanabis hoc pacto

“Υἱεῖς ut dicunt ΑΧÆΙ, γυῖα, μῦα et talia.”

Ita modo, sc. v. 464.

“Sic et *Αἰολίαν* Achæus, noster *Ænean* vocat.”

et similiter, 664.

“Quanquam *Ἴτρυ* dicunt Achæi, hanc *βίτρυ* gens *Æolis*.”

Verum, ut cum Sidonio loquar Carm. IX.

“Non *Marsus*, *Pedo*, *Silius*, *Tibullus*,  
Non quod *Sulpiciæ* jocus *Thaliæ*  
Scripsit blandiloquum suo *Celeno*,  
Non *Persi* rigor aut lepos *Properti*,  
Sed nec centimeter *Terentianus*,”

quem tamen in sinu quotidie fere gesto, hodie mihi tanti sunt, quanti *Lysias*, quem plurimi facio, tantique fecerim, ut eum millenis circiter in locis restitutum, nitidum et pene novum, Tibi, Lector, tuoque genio commendem. Quædam præterea in schedis meis raptim video congesta de *Oberto Decembri*, qui, ex *Gesneri* auctoritate, Auctori nostro bonas horas impenderat: de *Philisco*, qui portentosum istud *Epigramma* de *Lysia* olim concinnavit: de *Zosimo* et *Zenone* antiquis *Lysia* Commentatoribus: nonnulla de *Rutilio Lupo*, qui tot *Lysia* Latine conservavit, et ejus ætas, studium et condicio fere ignorantur. Verum instant *Typographi*; instant amici, vel de mea fide propter moram editionis solliciti, vel propter molem de fortunis. Tu his fruere.

Λ Υ Σ Ι Α Σ.





Λ Υ Σ Ι Ο Υ  
ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ  
ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ο ΦΕΥΓΩΝ δίκην φόου Ευφίλητος τὸν Ἐρατοσθένη Οἴησεν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα μαχεύοντα  
Pag. ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβὼν ἀπέκτεινε. SCALIG. MS.

Pag.  
ed.

H. Steph. Reisk.

91.1 α'. ΠΕΡΙ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὧ ἄνδρες, τὸ τοιούτους 2  
ὑμᾶς ἐμοὶ δικάστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, 3

ΛΥΣΙΟΥ] In hujus nominis societatem venere plurimi. Occurrit præter nostrum longe ὀνομαστότατον (I) Lysias in Marm. Chron. Arundel. Archon Athenis Olymp. XXIV. 3. non alius a Tlesia, quem Pausanias in Messen. solita discrepantia ad Olymp. XXIII. 4. relegavit. (II) Lysias Atheniensium dux, qui navali prælio ad Arginusas interfuit δέκατος αὐτὸς, a populo demum capite damnatus: ex notissima historia. Vid. Xenoph. Diod. Sic. quorum hic tamen semel pro Lysia *Lysaniam*, ille uno itidem in loco *Leonta* exhibet. Ita vicissim pro Lysania (τῷ τετραρχῳ sc.) *Lysias* apud Ioseph. et Euseb. (III) Alius fortasse nostro itidem æqualis, qui memoratur infra in Orat. de Aristoph. bon. (IV) Lysias, qui duobus dialogis Speusippi Platonici pro istius scholæ genio nomen dedit. (V) Philosophus Tarsensis Epicureus, ex Sophista Tyrannus factus, cujus historiola occurrit apud Athenæum l. 5. p. m. 215. Adde Rhodigin. lect. antiq. V. 12. et XXII. 21. An idem fuit ille, apud quem Hermachus Epicuri successor diem obiit, ut prodit Laert. in Epicur. videant otiosores: immo an omnino fuerit, nam eruditissimo Menagio non arrisit ἐτελεύτα παρὰ Λυσία, sed παραλύσει. (VI) Pharmacopola ejusdem ætatis atque Diogenes Cynicus. Laert. VI. 42. (VII) Eximius sculptor, cujus "opus, quadriga currusque et Apollo ac Diana ex uno lapide Romæ in magna auctoritate habebatur," ut testatur Plin. XXXVI. 5. (VIII) Legatus Seleuci Alexandri M.

successoris, in bello contra Demetrium. Polyæn. l. 4. (IX) Alius junior sub Antiocho Epiph. ex regia prosapia, quem debellavit Iudas Macchab. deinde una cum Antiocho Eupatore Demetrius morte mulctavit. 1 Macchab. cap. 3. 4. 7. Ioseph. Antiq. l. XII. cap. 11. 15, 16. Appian. in Syriac. Polyb. in Hist. c. 17. et in Excerpt. Legat. Hegesip. de excid. urb. Hierosol. II. 13. et L. Florus Epitom. Histor. Liv. I. 46. (X) Claudius Lysias tribunus militum a D. Luca in Act. Apost. memoratus. (XI) Medicus incerti avi a Celso laudatus V. 18. (XII) Lysias quidam, qui βῶν ἀνέθηκεν ἐν ἀκροπόλει, ut habent Apostol. Cent. V. 85. And. Schott. Vatic. Append. Cent. l. 25. Ni tamen Lysippo, ut alibi dicitur, facum fecerint Paræmiographi. (XIII) Lysias, quem colloquentem inducit Plutarchus in l. de Music. (XIV) Lysias, ad quem extat epistola Libanii III. 104. (XV) Alius, cujus occurrit mentio Marm. Oxon. IX. 3. edit. Mattair.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ ΛΥΣΙΟΥ. ΛΑΟΔΙΚΕΥΣ.

(XVI) Alius porro ejusdem farinæ, cujus nomen visitur Athenis in theatro Bacchi.

ΝΙΚΩΝ,  
ΛΥΣΙΟΥ.  
ΛΑΙΕΥΣ.

Spon. Wheeler. (XVII) Lysias Fresbyter (ita Codd. non Λουσία) cui dantur duæ epistolæ Nili monachi, III. 109, 110. Ut taceantur (1) Lysias, quem somniavit

4 οἰοί περ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς <sup>1</sup> εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες. εὐ γὰρ  
οἶδ' ὅτι, εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ τῶν ἄλλων ἔχετε ἢ-  
5 περ περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη ὅστις οὐκ ἐπὶ τοῖς γε- 5  
γενημένοις ἀγανακτοίη· ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοι-  
αῦτα ἐπιτη δευόντων τὰς ζημίας μικρὰς ἤγοισθε. καὶ ταῦ-  
τα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν 92. 1  
ἀπάσῃ τῇ Ἑλλάδι· περὶ τούτου γὰρ μόνου τοῦ ἀδικήματος  
καὶ ἐν δημοκρατίᾳ <sup>2</sup> καὶ ὀλιγαρχίᾳ ἢ αὐτῇ τιμωρία τοῖς  
ἀσθενεστάτοις πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἀποδέδοται,

<sup>1</sup> εἴητε Taylor. Auger.

<sup>2</sup> καὶ ἐν ὀλιγ. A.

Ions. de Script. Hist. Philos. auctorem fuisse tractatuli de plagiis literarum, cum noster omnino fuit, qui orationem conscripsit περὶ τῆς τῶν βιβλίων κλοπῆς. (2) Lysias Tetrarcha, de quo supra, non alius quam Lysanias. (3) Lysias epistolarum auctor corrupte in Indice ad Laert. in Catalog. Codd. MSS. Col. Baliol. Oxon. apud Meurs. Eleus. c. 20. apud omnes fere Codd. Cic. Offic. et alibi (V. Fr. Fabrit. ad Offic. 1. 155.) pro Lyside. (4) Lysiae nomen προσποιήτων ab Ἑρωτικῶν scriptoribus, Luciano, Aristeneto et Alciphrono frequentatum. (5) Lysias qui videri potuit, uti profecto nonnullis visus est, Isocratis amitam in uxorem duxisse. Plutarch. in Isocr. sub fin. Nam revera fuit mulierculæ nomen Λύσιον, ut Phronesium, Leontium, Glycerium, quæ nupsit Isocratis filio adoptivo. (6) Lysias Peripateticus, Stratonis auditor. Cic. de Fin. V. 13. Nam *Lycō*, adjuvantibus nonnihil MSS. rescribi olim optima fide jusserunt Scaliger et Lambinus. (7) Lysias Quinetus Maurus. Euseb. Chron. ad A. C. CXVI. qui rectius apud Xiphilin. et Spartian. (V. Casaub. ad Spartian. in Hadrian. n. 24.) Λούσιος, Lusius nominatur. Κύντος Λούσιος Μαῦρος, Dion. Cocceian. in excerpt. apud Valesium. Uti Λούσιος apud Plutarch. in Sertorio et Mario. Caius enim Lusius C. Marii nepos fuit ex sorore. Visitor etiam Lusius Varus, Lusius Geta, Lusius Saturninus apud Tacit. atque hodie in inscriptionibus, quarum plures exstant in Gruteri corpore, nonnullos adiecit Fabrettus ad Columnam Trajanam, qui hoc nomen summa diligentia expeditit et restituit. Exsulet ergo *Lisius* ille o Cæl. Aurel. Chron. IV. 3. et revocetur *Lusius* ad formam præcedentem, uti quoque apud eundem auctorem, sc. II. 1. 7. recte occurrit. (8) Lysias Archon Olymp. LXXXVI. 1. Ita Codd. Volcob. et Turneb. Plutarchi in Isocrate, quem tamen alii Lysimachum, alii Nausimachum faciunt. TAYLOR.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΜΟΙΧΕΙΑΣ ΛΟΓΟΣ. CONTIUS. Perperam; neque enim adulterii Eratosthenes in hac oratione accusatur, sed jure cæsum Eratosthenem, quippe in adulterio deprehensum, ostenditur. SLUITER.

Εἰ ἤτε] Lectionem hujus loci non improbo. Minus ideo necessaria videatur, iugueniosissima licet, conjectura Schotti Scaligerique reponentium: οἰοίπερ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες. TAYLOR. Contraxi in unum vocabulum εἴητε ista duo, male distracta, εἰ ἤτε. Sequi debuerat Taylor Scaligerum et Schottum hic recta monentes. *σπεπονθότες* idem est, atque si dixisset εἰ ἐπεπόνθειτε. REISK. Utraque lectio potest probari. AUGER.

Περὶ] Malim καὶ περὶ, etiam de aliis. REISK.

Τὰς ζημίας] Videtur *μεγίστας* interponendum esse. vel maximas, gravissimas, acerbissimas quasque pœnas in hominibus talia patrantibus tamen minutas et meritis inferiores mihi videmini existimari. IDEM.

Μικρὰς ἤγοισθε] Sic vulgatæ. H. Stephanus ex conjectura *μικρὰς ἤγοισθε*. Infra: Οὐδένα οὕτως ὀλιγῶρος διακείσθαι ὅστις — *μικρὰς ζημίας ἀξίους ἠγεῖται τοὺς* — istud ἤγοισθε præterea fidem nanciscitur ex Coisl. TAYLOR. Leg. *μικρὰς*. CONT.

Οὐκ ἂν εἴη] Et nescio, an hæc in mæchos constitutæ pœnæ, non apud vos solos, sed in universa quoque Græcia ratæ et sancitæ sint. REISK.

Ἄλλ' ἐν ἀπάσῃ] Alius quicumque dixisset ἀλλὰ καὶ ἐν ἅπ. Sed hæc est Lysiae nostri brevilloquentia, quæ etiam de *περὶ*, quod modo annotabamus, excuset. IDEM.

Καὶ ὀλιγαρχίᾳ] Leg. καὶ ἐν ὀλιγαρχίᾳ. CONT.

Πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους] Ad verbum interpretare, non, *adversus eos qui maxima pollent potentia*; sed, *in comparatione eorum qui &c.* AUGER.



ὥστε τὸν χεῖριστον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίστῳ·  
 6 οὕτως, ὡ ἄνδρες, ταύτην τὴν ὕβριν ἅπαντες ἄνθρωποι δει- 5  
 νοτάτην ἠγούνται. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας  
 ἅπαντας ὑμᾶς νομίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐ-  
 δένα οὕτως ὀλιγόρως διακειῖσθαι, ὅστις οἶεται δεῖν συγ-  
 γνώμης τυγχάνειν ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἠγεῖται τοὺς  
 τῶν τοιούτων ἔργων αἰτίους· ἠγοῦμαι δὲ, ὡ ἄνδρες, τοῦτό  
 με δεῖν ἐπιδείξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν γυναῖκα  
 7 τὴν ἐμὴν, καὶ ἐκείνην τε διέφθειρε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς  
 ἐμοὺς ἤσχυνε καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν 10  
 ἐμὴν εἰσιῶν, καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν  
 πλὴν ταύτης, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα

Τῶν αὐτῶν] Subaudi δικάων. REISK. AUGER.

Τυγχάνειν] Scaliger, si is fuit, adscripsit λαγχάνειν. Sed vulgata bene habet. REISK.

Ταύτην] Scil. ἢν ἐγὼ νῦν ὕβρισμαι καὶ περὶ ἧς νῦν ἀγωνίζομαι. quo fit, vel factum est, ut omnes homines, hanc, de qua nunc agit, contumeliam omnium duxerint atrocissimam. IDEM.

Τῆς ζημίας] Imo vero τῆς ὕβρεως, vel παρανομίας. Sensit etiam interpres, expressit certe. IDEM. Non recte. Sic enim procedit orator: injuria de qua agitur graviter puniri debet si vere illata est; atqui vere illata est; id quod mox probare intendit, ἠγοῦμαι δὲ κ. τ. λ. AUGER.

Αἰτίους] Eos, a quibus istiusmodi flagitia proficiscuntur. Colligit sic: Certum est, mæchos, pœnis dignos esse, quæ possunt excogitari acerbissimæ. (Demonstravit hactenus hanc positionem, ut vulgo usurpant, majorem.) Jam subsumit: Sed Eratosthenes mæchus est. id quod tota docetur oratione. Unde ultro consequitur, recte sumtas fuisse ab eo pœnas. REISK.

Ἐμοίχευεν] Leg. ἐμοίχευσεν. CONT.

Ἐκείνην τε διέφθειρε] Hic obiter, paucis verbis, sed rotundis et nervosis, enormitatem et scdeditatem hujus flagitii docet, et cur mæchus dignus sit, in quem tam graviter animadvertatur. Injurias enim facit et mulieri ipsi, quam stupro polluit, et marito ejus, et liberis eorum communibus. Mulierem enim, quam corrumpit, docet, quem maritum amare debebat et amandum sancte receperat, cum odisse, arcana ejus prodere, ridiculum ad alios facere, minere ipsius rem familiarem, furari, sicamque uxori in jugulum mariti tradit; rescindit vinculum matrimonii, in

culpa est, ut uxor a marito fraudem intelligente aut repudietur, aut male tractetur, ut ignominia, et penuria rerum omnium, et odio publico opprimatur, denique pestem ipsi extremam consciscit. Ita de muliere meretur is, qui eam a se amari simulat, sed ita amat, ut lupus oviculum, ut vulpes anserculum. Porro contrahit liberis tam flagitiosæ matris hoc dedecus, ut in publico et impune a quocunque e stupro nati appellentur, et mater ipsorum scortum. Et profecto impudicæ ejusmodi et perfidæ uxores omnino sunt omnes scorta. Denique marito, forsitan non male, aut bene etiam, de se merito malam hanc refert gratiam, ut cornua ipsi imponat; quæ fraus ubi percrebuit, ridetur, sibilatur, digitis omnium demonstratur. Possint, si locus aut ferret, aut postularet, alia plura hoc de argumento dici, quod cum tam parvi fiat hodie, ut derisui sit, qui serio de eo cogitet, nemo non culpæ reos, tanquam re bene gesta, ut homines subtiles, miretur, et laudet adeo, passum injuriam rideat; colligere inde est, quam corrupti sint seculi mores. REISK.

Εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιῶν] Videtur actor hujus causæ, cui nomen est Euphiletus, ὕβριν, contumeliam sibi factam, non in eo posuisse, quod cornutus esset ab Eratosthene factus, sed in hoc, quod Eratosthenes in domum suam, se inscio, et invito adeo, esset ingressus. Illud furis est, hoc tyranni. Superbiam et violentiam homo insolens et arrogans inter alia hoc quoque demonstrat, si invito et ringente domino in domum ejus invadat, in eaque pro lubitu grassetur. IDEM.

Χρημάτων ἕνεκα] Ut cadem a se patratam purget, causam ejus sibi ait legitimam fuisse. Nam Eratosthenem mæchum in uxoris suæ amplexibus deprehendisse.

8 πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς  
πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας.

Β'. Ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ  
ἑμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλὰ λέγων τὰ- 15  
ληθῆ ταύτην γὰρ ἑμαυτῷ μόνην ἠγοῦμαι σωτηρίαν, ἐὰν  
ὑμῖν εἰπεῖν ἅπαντα <sup>1</sup> δυνηθῶ τὰ πεπραγμένα. ἐγὼ γὰρ, ὦ  
ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναικῆκα ἠγαγόμην εἰς  
τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτω διεκείμην, ὥστε  
9 μῆτε λυπεῖν μῆτε λῖαν ἐπ' ἐκείνη εἶναι ὅ τι ἂν <sup>2</sup> θέλη  
ποιεῖν, ἐφύλαττόν τε ὡς οἶόν τε ἦν, καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν  
10 ὡς περ εἰκὸς ἦν· ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον 20

<sup>1</sup> δυνηθῶ ἅπαντα T. Reisk. A.    <sup>2</sup> θέλοι T. R. A.

Sed leges permittunt mœchum in ejusmodi habitu deprehensum haud secus atque furem, occidere. Et profecto fures uxorum sunt mœchi. Alia quacunque causa haud legitima se negat ad cædem patrandam inductum esse; odia privata cum Eratosthene nulla unquam exercuisse; neque cupiditate acquirendarum opum se captum sicam suam venalem cuiquam præstare aut præstitisse unquam ad hominem aliquem clam de medio tollendum, qui conductori esset inimicus, aut exosus. IDEM.

Λυπεῖν] Ausculta, quæso. Tenuissimum quod vidi orationis filum mendum non tenue occupavit. Hodie enim me nunquam argumentis vinces his verbis ullam vel minimam subsesse ἀντιστοιχίαν. Age trutines. οὕτω διεκείμην, ὥστε μῆτε λυπεῖν, μῆτε — quid? ὅτι ἂν θέλοι ποιεῖν λῖαν ἐπ' ἐκείνη εἶναι. Profecto hæc non placerent Plutarcho, qui in libro de Exsul. opponenda opposuit. Ita ille: Φυγὰς δὲ καὶ ἀδοξίας — ὡς περ αὖ τοῖναντιόν, στεφάνους καὶ ἀρχῆς — οὗ τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν ἔχοντα τοῦ λυπεῖν καὶ εὐφραίνεισθαι. Non Euripidi.

Ὅσποτε φήσω γάμον εὐφραίνειν πλέον ἢ λυπεῖν. Alcest. 238.

Non Demostheni. Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, νομίζω δεῖν καὶ πρότερον, καὶ ἐπειδὴ οὗτοι ἐλύπον αὐτὸν δικαζόμενοι καὶ πράγματα παρέχοντες, ἐμὲ τοῖναντιόν εὐφραίνειν ἅπαντα ποιοῦνθ', ὅσα ἐκείνῳ χαρισέσθαι μέλλοιμι. Orat. Contra Bœot. de dot. matern. [p. 1011. ult. ed. R.] Verum ne parcus sim, esto ut ex his verbis hujusmodi possis expiscari sententiam: Neque tristem, neque facilem maritum me gessi. Esto: Sed id nunc non agitur. Non ad maritum, sed patremfam., universa dein oratio spectat. ἐφύλαττον — προσεῖχον τὸν νοῦν —

ἐπίστευον — πάντα ἐκείνη παρέδωκα — οἰκονόμος — φειδωλὸς — ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα. Quippe cum rerum domesticarum cura jam inde ad uxorem pertinebat.

Καί μιν ἔτισ' ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται ἄλλη, ἴσσαι νῦν γε γυναικῆς ἕπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσι. — Hom. Odys. H. 67.

Tu ergo, amice lector, ne dubites reperere: ὥστε μὴ τ' ἐλλίπεῖν, μῆτε λῖαν ἐπ' ἐκείνη εἶναι ὅ,τι ἂν θέλοι ποιεῖν. Vel oculatum librarium hæc minima poterant in fraudem inducere. Cujusmodi etiam medela et Sophoclem quoque mactari velim, Electr. 365.

Ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοῦμὲ μὴ λιπεῖν μόνον Βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν. Cedo enim, cui λυπεῖν in isto Tragici loco placere possit. TAYLOR. Vox λῖαν otiosa est. Lego: μῆτε ἐὰν ἐπ' ἐκείνη εἶναι etc. ita me gessi, ut neque eam contristarem, neque contra permitterem illi libertatem faciendi quodcunque vellet. Quod erat Humani, et Prudentis simul mariti. Isocrates Panegyrico: τὰς δὲ μεγίστας τῶν πόλεων μηδὲ αὐτὰς αὐτῶν ἐὰν εἶναι κυρίας, ἀλλ' ἀναγκάζειν δουλεύειν. Constructio ista, μῆτε λυπεῖν, μῆτε εἶναι, non videtur esse proba. MARKLAND. Quod Taylor dat, id ne Græcum quidem est, et sententia caret; quod Markland, est id quidem bene Græcum, et scitum adeo, ut ipse sim, si codices auctores fiant, amplexurus. verumtamen non ideo prorsus est necessarium. Etiam si ἐὰν admittam, λῖαν tamen utique tuebor. Verum locus hic, ut jacet in vulgatis, bene habet, eique hæc est sententia: Ita me gerebam erga uxorem, ut neque molestus ei essem severitate modum excedente, neque rursus ipsi admodum liceret, quæ vellet, agere. Justo et æquo neque difficilior eram, neque faciliior. REISK.

ἤδη καὶ πάντα τὰ ἑμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἠγούμενος ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ὡς Ἀθηναῖοι, πασῶν ἦν βελτίστη· καὶ γὰρ οἰκονόμος δεινὴ, καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικουσα· ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, πάντων τῶν κακῶν ἀποθανοῦσα αἰτία μοι γεγένηται. ἐπὶ ἐκφορᾷν γὰρ αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνή, ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται. ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν δερᾶπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορᾷν βαδίζουσαν καὶ λόγους προσφέρων ἀπώλεσεν αὐτήν.

γ'. Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, — δεῖ γὰρ καὶ ταυθ' ὑμῖν διηγήσασθαι — οἰκιδίου ἐστὶ μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνίτιν καὶ κατὰ τὴν

Ταύτην οἰκειότητα μεγίστην] Idem est ac si dixisset: τούτου τῆς μεγίστης οἰκειότητος εἶναι αἰτίον, vel τούτου πρὸς οἰκειότητα μέγιστον εἶναι, scil. τὸ πιστεύειν τῇ γυναικί, καὶ παραδίδουσαι αὐτῇ ἅπαντα. IDEM.

